



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

Liber CCXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)



Turcicum Consilium de Bello christianis inferendo.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXXIX.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Quidam libellus circa Jurisdictionem
Confessariis necessariam ad S. Facultatem
Theologicam Parisiensem delatus.*

Postquam Sorbona veteris pertinaciæ
ac erroris fermentum penitus ex-
Hist. Eccles. Tom. LXXV. A pur-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. purgaverat, vigilantissimo oculo semper
A. C. 1735. in id intenta erat, ne Jansenistæ alias
 in excogitandis novis artibus & dolis
 inexhausti, vel neo-conversos, vel in
 debita subjectione titubantes sparsis in
 vulgus perniciosis libellis seducerent &
 venenata sua dogmata purioris doctrinæ
 fuco illita incautorum animis instil-
 larent. Hujus solertiæ specimen in-
 eunte anno hujus sæculi trigesimo quin-
 to præclare exhibuit Sacra Facultas
 Parisiensis, dum quidam Jansenianæ
 factionis Assercla anno priori libellum
 edebat, sub hoc titulo: *Consultatio cir-
 ca Jurisdictionem, & approbationem ad
 confessiones excipiendas necessariam, septem
 quæstionibus comprehensa, quæ ad normam
 juris canonum Conciliorum, Synodorum,
 Ritualium, Instructionum, & literarum
 Pastoralium plurium Episcoporum, Cano-
 nistarum, Jure consultorum, Theologo-
 rum, decretorum, Constitutionum & Bre-
 vium plurimorum Pontificum & decreto-
 rum Facultatis Theologicæ Parisinæ &c.
 exacte discutuntur. Per Ven. Sacerdotem
 Diœcesis. Quamprimum hic libellus ad
 Leonorii Romignii celeberrimi Sorbo-
 næ Syndici cognitionem pervenerat,
 hic perpensa illius pravitate inauspica-
 tum hunc foetum die quarta Januarii
 apud S. Theologiæ Facultatem denun-
 tiavit, doctrinamque in eo contentam
 suc-*

fuccinſte expoſuit. Ad tam effrænem Auctoris temeritatem ac malitiam obſtupere Magiſtri ac Doctores, cumque probe intelligerent, nemini magis quam Sorbonæ Doctores incumbere, ut præ ceteris ſuum erga S. Religionem & Chriſti Eccleſiam ſtudium atque obſervantiam teſtarentur, hinc ad tam horrendas hujus libri doctrinas haud ſilendum eſſe unanimi ſuffragio cenſebant, ne jura Episcoporum per Novatorum ſuperbiam indies auctam impune impeterentur, & antiqua Eccleſiæ dogmata, & ſanctiſſimæ ejus ſanctiones proterve ſubverterentur. Eo nomine Facultas, ut doctrinale ſuum judicium ferre poſſet, quosdam nominavit Deputatos, qui hunc libellum ſolenter expenderent, indeque perverſas magis aſſertiones extraherent, promeritis ſubinde cenſuris ſigillatim notandas.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. II.

*Sacræ Facultatis declamatio contra
hunc libellum.*

Interea hunc libellum Deputati Magiſtri ſedulo examinabant, ac in proximis comitiis ſuum deſuper judicium ad S. Facultatem referebant. Hæc ergo, uti rei gravitas poſcebat, duodecim omnino

Sæc. XVIII
 A. C. 1735. in quibus octoginta sex Magistri ac Doctores suam quavis sententiam hac super re edixit. His auditis Sacra Facultas orationem habuit, hoc tenore:

„Ea fuit semper Novatorum consuetudo,
 „qui docentem Ecclesiam non audi-
 „unt, sed ejus autoritatem spernunt ac
 „laceffunt, ut curent parum in iisdem
 „suis principiis consistere; mutant pro
 „conditione temporum, & dogmata
 „sua ad rem præsentem accommodant.
 „*Transseunt*, ut loquitur sanctus Hiero-
 „nymus, *de falsitate ad aliam falsitatem,*
 „*quia solida non sunt eorum vestigia, quæ*
 „*contra veritatem sunt.* In hac tamen
 „eorum diversa prorsus dicendi ratione
 „unus idemque est scopus, idem con-
 „siliium. Volunt scilicet, qua omni va-
 „lent industria, affectas suos, quorum
 „animas duces cæci quasi captivas du-
 „cunt in perditionem, ne a caltris suis
 „deficiant, sibi semper addictos conti-
 „nere, & ne ad obsequium Ecclesiæ
 „revertantur, student eorum semper
 „rebellionem confovere. Quapropter
 „prout fert diversa partium suarum ho-
 „minum indoles, prout exigit rei ne-
 „cessitas, docent, loquuntur, nec par-
 „centes mendaciis, arte sibi nota edunt,
 „sparguntque libellos novos sectæ heu!
 „nimium fæcundæ partus uberes ni-
 „mis.

„mis. Clanculum quidem & tacito Sæc. XVIII.
 „scriptorum nomine, volant libri illi A. C. 1735.
 „noxii, Urbibus & Castellis ingeruntur,
 „iis scriptis pro melle venenum, pro veri-
 „tate error propinatur“.

Testis cæteros inter nefandus ille liber, quem anno proxime elapso solemnī Censura sacra Facultas Parisiensis proscriptum voluit. „Testis & iste non ex- tialis minus, in quem merita pariter „animadversione insurgendum arbitramur. Author prioris libelli, cum nihil vereretur magis quam ut poenitentes in illos inciderent Sacerdotes Confessarios, qui, ut decet filios obedientiæ, Consiit onibus Apostolicis in Ecclesia & Regno vim legis habentibus „corde & animo debitum obsequium „præstent, sequaces suos a frequenti „& salutari Confessionis usu liberos & „immunes efficiebat; Author vero Con- sultationis ut aliqua ratione consulat „nondum assuetis, qui excutiant importunum (ut ipse censet) Confessionis „jugum, plenam potestatem facit sim- plicibus Fidelibus adeundi quoscum- que sibi seligere voluerint Sacerdotes, „a quibus nulla licet Episcoporum au- „ctoritate delegatis, absolutionis bene- „ficiū asserit obtineri.

Orthodoxa doctrina huc usque in tuto esse videbatur duobus hisce sulta
 A 3 præ-

Sæc. XVIII. præfidiis, nimirum & aperta Concilii
A. C. 1735. Tridentini declaratione de necessitate
 jurisdictionis ad absolvendum valide,
 & lege ab eadem sacra Synodo lata de
 obtinenda a Presbytero approbatione
 Episcopi, ad excipiendas Fidelium
 Confessiones. „Quod utrumque caput
 „quoniam non audet libelli Author
 „aperta fronte impetere, videtur quasi
 „bona fide fateri & admittere dogma,
 „quod tamen, vir duplex animo, ha-
 „bet in mente profus subvertere; non
 „recurrit tamen ad dolos, non quærit
 „latebras & diverticula; nam se totum
 „statim manifestum prodit, & illico de-
 „serit, quod secum ipse pugnans con-
 „cessisse videbatur. Modo asserit absolgen-
 „di potestatem a jurisdictionis necessitate
 „non dependere, modo ac si tamen juris-
 „dictionis necessitatem agnosceret, con-
 „tendit eam conferri cuilibet Sacerdoti in
 „sua ordinatione, & ita firmiter adhæref-
 „cere, ut nulla Ecclesiæ lege subtrahi
 „possit, aut limitari“.

„Ubi autem idem Author dogma de
 „necessitate jurisdictionis attentavit
 „proscindere, vir utique confidentissimus
 „a sancita solemnī lege approbationis
 „obtinendæ Sacerdotes propria sua au-
 „ctoritate eximit, atque ut vim Decre-
 „ti, quo premitur elevet, falsas hæc-
 „nus, atque inauditas interpretationes
 „adhibet. Debuisset profecto, præ pu-
 „dore

„dore & ex conscientia, abstinere ab Sæc. XVIII.
 „impugnandis veritatibus, quas a ne- A. C. 1735.
 „mine Catholico huc usque fuisse impe-
 „titas ipse confitetur: at rei novitate
 „minime perterritus, pudorem omnem
 „abiicit, novumque figmentum com-
 „miniscitur asserendo videlicet, Decre-
 „tum illud Concilii non ad omnes ex
 „æquo Sacerdotes pertinere, sed ad
 „eos solos, qui tunc erant dignitatis,
 „ut plurimum immemores suæ, aut il-
 „lud idem decretum esse de solis Re-
 „gularibus intelligendum; eodem deni-
 „que Decreto labefacta fuisse & eversa
 „Parochorum jura, quos prius audiri
 „oportuerat; & penes quos est, ubi tem-
 „pus opportunum nancisci poterunt,
 „eadem collapsa jura sibi vindicare.

„Jam vero quænam sunt ista, quæ
 „Parochis jura tribuit? Ut nempe renu-
 „entibus Episcopis seligant sibi, etiam
 „ex non approbatis succenturiatos Sa-
 „cerdotes, quos tanquam operarios
 „bonos mittant in vineam suam. Ne-
 „que tantum non approbatos in suis Pa-
 „rochiis constituent, sed etiam revo-
 „catos ab officio & interdictione multa-
 „tos ab Episcopo; quod certe nihil
 „aliud est quam Ecclesiasticam Hierar-
 „chiam subvertere, ut jam regimen
 „animarum ad Episcopum non perti-
 „neat in sua propria Diœcesi.

A 4

„Nec

Sæc. XVIII. „Nec mirum certe si hucusque pro-
A. C. 1735. „cesserit, cum non tantum ratione Sa-
 „cramentorum administrationis, potesta-
 „te pares Præsulibus Parochos efficiat,
 „sed illos etiam hac in parte erigere vi-
 „deatur supra ipsos Episcopos, quos
 „utpote positos a Spiritu Sancto regere
 „Ecclesiam Dei, tenemur revereri ut
 „nostros in fide Patres, in quibus Sa-
 „cerdotalis jurisdictio tamquam in ipso
 „fonte residet, ex quo fonte in alios
 „secundi Ordinis Ministros rivuli fluunt
 „& emanant.

„Placet insuper eidem Authori,
 „dum supra modum extendit Parocho-
 „rum jura, ipsis eandem tribuere in
 „sua Parochia potestatem exercendam,
 „quam ipse summus Pontifex habet in
 „universa Ecclesia, & quilibet Episco-
 „pus in sua Diœcesi; & dum secundum
 „ipsius sententiam non potest Episco-
 „pus in Parochiis sibi subditis administ-
 „rare Sacramenta, ea est Parochi au-
 „toritas, ut sine consensu Episcopi ex-
 „presso vel tacito Parochianos etiam ex-
 „traneos, sive ex propria sive ex aliena
 „Diœcesi indiscriminatim excipiat, eo-
 „rum confessiones audiat; & sic Epif-
 „copus, quem S. Petrus Apostolorum
 „Princeps esse institutum dicit, *ut gre-*
 „gem Dei pascat, non erit ulterius in
 „sua propria Diœcesi Fidelium Pastor,
 „siqui-

„siquidem cum Parochis divisum Im-
 „perium vix obtinebit.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

„Neque vero est, quod Parochi sibi
 „gloriari possint de concessis, aut vin-
 „dicatis dignitatis suæ juribus ab Au-
 „thore Consultationis; siquidem mox
 „transit ad alia principia quibus uno eo-
 „demque ictu & Parochorum & Epif-
 „coporum potestates, & jura convel-
 „lit, subvertendo penitus ordinem il-
 „lum rectum, quem ipse Christus Do-
 „minus ad regendos Fideles sapientis-
 „simus Legislator instituit, eo fine vi-
 „delicet, ut regnet & vigeat, quæ serva-
 „ri debet in optimo regimine concor-
 „dia tum populos inter & Parochos
 „suos, tum & vicissim Parochos inter
 „& Episcopos, ut quisque in ordine
 „suo præpositis suis subditus sit & illis
 „subjaceat.

„Cum autem plurimum intersit Au-
 „thoris perfidi ad fucum faciendum,
 „ut vera non falsa, antiqua & non no-
 „va censeatur docuisse, Doctores Theo-
 „logos & juris peritos singulis paginis
 „laudat, eorumque testimonia, vana
 „eruditionis ostentatione colligit, ut
 „sic videatur de singulis, quæ asserit, præsti-
 „tisse rationem, quia singulis assertioni-
 „bus suis quædam testimonia subdidit; sed
 „quæ, secundum pravitatem falsa sæpissi-
 „me referentis solis non attendentibus

A 5

„blan-

Sæc. XVIII. „blandiuntur & speciem veritatis exhibent;
 A. C. 1735. „dum viri sagaciores & rem diligenti
 „examine perpendentes, ferme in om-
 „nibus summam hominis improbitatem
 „& audaciam detegunt.

„Cæterum ubi per S. M. N. Leono-
 „rium de Romigny Syndicum, pridie
 „nonas Januarii præsentis anni liber
 „delatus est ad sacram nostram Faculta-
 „tem & doctrinam in eo contentam idem
 „D. Syndicus hæc exposuit: horruimus
 „intelleximusque nostræ esse erga Reli-
 „gionem sanctam observantiæ & studii,
 „quo Parisienses Magistri flagrare de-
 „bent præ cæteris, ut Ordo noster non
 „sileret; tum maxime operam nostram
 „repositi, cum Novatorum, quæ ascen-
 „dit semper, superbia jura Episcoporum
 „audacter impetit & antiqua Ecclesiæ
 „dogmata, sanctissimasque ejus san-
 „ctiones conatur subvertere. Itaque
 „expendendum censuimus Libellum,
 „ad ferendum nostrum doctrinale ju-
 „dicium; atque idcirco more solito no-
 „minavimus Deputatos, qui perverfas
 „Propositiones extraherent, quibus
 „subinde sua nota singillatim figeretur“.

§. III.

*Censura propositionum ex hoc libro
 extractarum.*

Absolu-

Absoluta hac oratione Parisiensis Facultas non quidem omnes pravas & damnandas assertiones ex hoc libello decerptas, sed duntaxat illas, quas deputati ad sex capita revocarunt, censuris perstrinxit, ut cuilibet pronum esset inde agnoscere, quam sit perversum hoc opus, quamque alienum a fide Catholica, & quantum animabus fidelium nocere posset, nisi Auctor publica animadversione plecteretur, & perniciosus hic libellus fidelium oculis subduceretur. „Censuit insuper eadem „sacra Facultas, abstinendum a „busdam aliis Propositionibus hic recensendis & notandis, quæ alios Auctoris errores continent contra Episcoporum potestatem, ad quos pertinet concedere Presbyteris jurisdictionem; „quia cum Clerus Gallicanus in suis „Comitiis annis 1656. & 1657. habitis „adversus hosce eosdem errores fortiter insurrexerit, arbitrata est impræsentiarum sufficere, ut declaret, sicuti facit & declarat, hanc doctrinam „pravam a Clero Gallicano circa præfatum materiam tunc temporis improbatam, a se similiter vehementer improbari“.

Porro hæ erant assertiones ex præfato libello excerptæ, suisque censuris notatæ.

AR-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII.

ARTICULUS I.

A. C. 1735.

De necessitate Jurisdictionis ad valide absolvendum in foro Pœnitentiæ.

Propositio I. Sacramenti Pœnitentiæ valor non dependet a Jurisdictione. *Censura.* „Hæc propositio est erronea, „& sapit hæresin a Concilio Tridentino „damnata.

Propositio II. Jurisdictionem ad valide absolvendum esse necessariam, per traditionem probari nequit; certum est, Ecclesiam non decidisse, quod defectus jurisdictionis, ac Ordinarii approbationis Sacramentum Pœnitentiæ de se irritum reddat, nec etiam certum est, quod Tridentinum deciderit, confessionem Sacerdoti nullam jurisdictionem habenti factam esse de jure nullam: *Censura.* „Hæc propositiones falsæ sunt, „temerariæ, & ad insinuandam hæresin contra apertam veritatem maligne prolatae“.

Propositio III. Omnes Sacerdotes, Pastores & qui tales non sunt, omnes sunt subditi, qui in potestate ligandi & solvendi, & quidem ex institutione Christi, uniuntur. *Censura.* „Hæc propositio, quæ asserit omnibus Sacerdotibus „ex institutione Christi attributos esse „subditos, in quos ligandi & solvendi potestatem in Ordinatione acceptam ex- „erce-

„erceant independenter ab Episcopi
 „missione, hosque subditos esse Orbem
 „Christianum, falsa est, Ecclesiasticæ
 „Hierarchiæ destructiva & erronea.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Propositio IV. Jurisdictio & appro-
 batio sunt duntaxat accessorix, & res
 disciplinæ, & lex jurisdictionis est lex
 mere politica. *Censura.* „Hæ propo-
 „sitiones, quatenus asserunt jurisdic-
 „tionem in foro pœnitentiæ ad puram
 „politicam & disciplinam pertinere
 „sunt temerariæ & erroneæ.

Propositio V. In primis Ecclesiæ sæ-
 culis Sacerdotes sine Episcoporum aut
 Parochorum permisso confessiones ex-
 cipiebant & per undecim prima sæcula
 nil vel parum audiebatur aliud ad ea-
 rum valorem requiri, quam ut sit Sa-
 cerdos. *Censura.* „Hæ propositiones fal-
 „sæ sunt, & ex ignorantia constantis
 „Ecclesiæ praxis temere assertæ.

Propositio VI. Sacerdotes, dum
 Ordines recipiunt, etiam missionem vel
 saltem permissionem Episcopi accipiunt,
 sufficit ergo eos ad suas Parochias tan-
 quam Pastores ordinarios vocari. *Cen-
 sura.* „Hæc propositio falsa est, & qua-
 „tenus asserit præter potestatem in Or-
 „dinatione acceptam nihil aliud requi-
 „ri in Sacerdote ad vere absolvendum,
 „quam ut vocetur a Parocho, aut vo-
 „luntarie se subiiciat pœnitens, est er-
 „ronea

Sæc. XVIII. „ronea & viam invalidis absolutionibus
A. C. 1735. „aperit“.

ARTICULUS II.

*De auctoritate Ecclesiæ circa Sacramen-
tum Pœnitentiæ.*

Propositio I. Si subjectum est rite dispositum, Ecclesia nequit Sacramentum Pœnitentiæ reddere invalidum. *Censura* „Hæc assertio, quatenus stauit Ecclesiæ lege irritam fieri non posse absolutionem, est hæretica.

Propositio II. Omnis potestas Ecclesiæ & Pontificis se duntaxat ad ritus decentiæ, & ad decreta disciplinæ extendit, quin eorum omissio vitiet Sacramenti essentiam. *Censura* „Hæc propositio intellecta de Sacramento Pœnitentiæ est hæretica.

Propositio III. Absolutio casus reservati, an sit valida, non decidit Tridentinum. *Censura* „Hæc assertio falsa est & hæresi a S. Tridentina Synodo damnatæ favens.

Propositio IV. Sacerdos cum sola potestate Ordinis est Minister Dei, & potest in omni casu omnesque absolvere, non tamen est Minister Ecclesiæ, quia non habet ejus institutionem; hinc aptus non est ad reconciliandos inobedientes erga Ecclesiam. *Censura* „Hæc propositio captiosa est, & quatenus innuit

Sa-

„Sacerdotem , qui solam habet Ordinis
 „potestatem , posse in omnibus casibus
 „quoscunque peccatores vere absolue-
 „re , & Deo perfecte reconciliare , hæc
 „resin sapit“.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

ARTICULUS III.

De approbatione ab Episcopo obtinenda.

Propositio I. Non adeo certa est ne-
 cessitas approbationis , ut sine illa Sa-
 cramentum sit nullius valoris. *Censura*
 „Hæc propositio falsa est , temeraria ,
 „& decreto Synodi Tridentinæ contra-
 „ria“.

Propositio II. Si Tridentini decre-
 tum exacte cum iis , quæ præcedunt
 & sequuntur , legatur , pro solo illo ini-
 quo tempore sancitum fuisse videtur ,
 & contra Sacerdotes tum viventes ,
 sublato igitur malo nunc remedium
 non est necessarium. Tridentinum so-
 los regulares ad obtinendam approba-
 tionem adstringit , & rite intellectum
 quoad approbationem plus favet cura-
 tis quam Episcopis. *Censura* „Hæc pro-
 „positiones falsæ sunt , temere assertæ ,
 „& Decretum Concilii perverse interpre-
 „tantur , & menti ejus manifeste re-
 „pugnant“.

Propositio III. Jus approbandi Con-
 fessarios non est ad Episcopos , exclusis
 Parochis , devolutum. *Censura* „Hæc
 „asser-

Sæc. XVIII. „assertio falsa est, & de juribus Episco-
 A. C. 1735. „porum detrahit.

Propositio IV. Confessariorum approbatio ab Episcopis facta (exclusis Parochis) pro iudicio contra Parochos non appellantes lato haberi potest, cum enim hi sint partes litigantes, iudices hac in causa esse nequeunt. *Censura* „Hæc propositio est scandalosa, in S. „Synodi Oecumenicæ contumeliam pro- „lata, de auctoritate Ecclesiæ dero- „gans, & in schisma inducens.

Propositio V. Defectuosum omni ex parte est decretum de approbatione Confessariorum per Episcopum. *Censura* „Hæc propositio falsa est, P. P. „Tridentinis injuriosa & Decreti a Sy- „nodo lati evertiva.

Propositio VI. Parochi in urgenti suarum Ecclesiarum necessitate Sacerdotes ab Episcopo non approbatos delegare possunt. *Censura* „Hæc propositio est falsa, Concilio Tridentino „contraria, & ut talis a Sacra Facul- „tate jam damnata.

Propositio VII. Parochi, qui habent jurisdictionem in suas Parochias & Parochianos, possunt ipsis dare Confessarios non approbatos, si Episcopus eos approbare injuste recusaverit. *Censura* „Hæc propositio est falsa, disci- „plinam Ecclesiæ intervertit, & ad „men

„mentem Auctoris intellecta , in schif- Sæc. XVIII.
 „ma inducit. A.C. 1735.

Propositio VIII. Episcopi approbandi potestatem (exclusis Parochis) a Rege obtinent. *Censura* „Hæc assertio „falsa est , scandalosa & quatenus asse- „rit a rege concessam esse Episcopis rem „mere spiritualem , in Christianissimum „Principem est summe injuriosa.

Propositio IX. Quando Episcopi approbant Confessarios Parochiarum , id faciunt , quia id a Rege petierunt , & obtinuerunt : id Rex fecit anno 1695. Mense Aprili , ubi Rex ob gravem penuriam & Clericalis subsidii spem Episcopis quidquid petierunt , concessit. *Censura* „ Hæc propositiones in Gallica- „nos Episcopos Regemque Religiosissi- „mum calumniosæ sunt , impudenter „& maligne contra ipsa Edicti Regii „verba prolatae.

Propositio X. Poterunt Parochi sine scrupulo ad sæculares Magistratus recurrere , ut in amissum jus redeundi libertatem acquirant , cum lex potius , quam Synodus eis hujus juris usum duntaxat ad Episcoporum instantiam abstulisset. *Censura* „Hæc propositio in „Episcopos per calumniam prolata , „Ecclesiastici status perturbativa est , „& ad schisma provocat.

ARTICULUS IV.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

De Episcoporum potestate negandi approbationem & concessam revocandi.

Propositio I. Jure impugnatur, quod si Episcopus approbationem injuste recusat, hoc jus ad Parochum devolvatur; potest Zelosus & verus Pastor in tanta veraque necessitate in vineam suam mittere dignos operarios, quos „Episcopus injuste repellit. *Censura*, „Hæ „propositiones falsæ sunt, temerariæ, „animarum saluti noxiæ & Ecclesiasticam Hierarchiam perturbant.

Propositio II. Non ausim defendere, in casu necessitatis confessiones digni Ministri, cujus approbatio est injuste revocata, nullas esse: Episcopi approbatio non concedit, sed supponit meritum in Sacerdote approbando: si ergo talem Episcopus urgente necessitate a suo ministerio suspendit, se ipsum condemnat, & Ecclesia laudaret Parochum, qui pro utilitate populi dignum Ministrum seligeret. *Censura* „Doctri- „na, quam hæ propositiones menti exhibent, falsa est, sedi Apostolicæ, „Conciliis Provincialibus, & præsertim S. Oecumenico Tridentino contraria, viamque sternit ad sacrilegas „absolutiones“.

AR.

ARTICULUS V.

Sæc.XVIII.

A. C. 1735.

*De jure Episcoporum per se, vel per alios
administrandi Sacramenta in Ecclesiis
Parochialibus.*

Propositio I. Parochus est proprius Sacerdos & Pastor, habens jurisdictionem aut potestatem immediate & proxime populum sibi subditum regendi, proin est Vicarius Christi in sua Parœcia, sicut Episcopus in sua Diœcesi & Papa in tota Ecclesia. *Censura* „Hæc „propositio captiosa est, & hæresin „sapit.

Propositio II. Tridentinum non decidit, majorem potestatem in administrandis Sacramentis habere Episcopum quam Parochum. *Censura* „Hæc „assertio falsa est, & hæresi a Concilio „Tridentino damnatæ favet“.

Propositio III. Probari nequit, Episcopus jus habere independentem a Parochis constituendi Confessarios in Parochiis indeterminatis. *Censura* „Hæc „propositio falsa est, de juribus Episcoporum detrahens & intellecta eo sensu, quod Episcopus per se non possit „Parochorum munia in qualibet Parochia sibi subdita exercere, est hæretica“.

Propositio IV. Episcopus duntaxat habitu est Rector Parochiarum suæ Diœcesis,

Sæc. XVIII. cesis, seu Pastor communis Parochia-
 A. C. 1735. rum. *Censura* „Hæc propositio, quæ
 „tollit ab Episcopo immediatum regi-
 „men Parochiarum suæ Diœceseos, est
 „ministerii Episcopalis everfiva & ver-
 „bo Dei contraria.

Propositio V. Sorbona in seculo XIII. docuit, licitum non esse confiteri ipsimet Pontifici vel Episcopo sine consensu Parochi: moderni quidem Theologi dissentiunt. *Censura* „Hæc propositio falsa est. S. Facultati perperam „affingens doctrinam quam ipsa erroneam expresse & unanimiter reprobavit anno 1252. & dum negat erroneam „esse hanc doctrinam, errori sæpius „damnato aperte patrocinator.

Propositio VI. Juxta ordinem a Christo stabilitum Sacerdotes utriusque Cleri ab Episcopo approbati in Parochiis confessiones excipere nequeunt sine Parochi consensu. *Censura* „Hæc propositio falsa est, temeraria, & de jurisdictione, quæ Episcopis jure Divino „competit derogans.

Propositio VII. Quidam Theologi docent, Episcopum de jure & invitis Parochis in Parochiis constituere posse Confessarios, si id absolute affirmant, ab eis recedo, quia tradunt doctrinam antiquitati incognitam, nullo juris textu nixam & Tridentino contrariam.

Cen

Censura „Hæc propositio est falsa & temere asserta“.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

ARTICULUS VI.

De necessaria Parochis approbatione Episcopi ad alienos Parochianos absolvendos.

Propositio. Parochi non indigent expressa vel tacita Episcopi approbatione pro alienis subditis, sufficit consensus illius Parochi, cujus subditi sunt. Parochi aliorum Parochianos, imo & etiam alterius Diœcesis absolvere possunt, cum solo consensu ipsorum Parochi. Id Episcopus prohibere nequit.

Censura „Hæc propositiones falsæ sunt, & juribus Episcoporum derogant“.

Lectis & approbatis hisce censuris die decima quinta Septembris Sacra Facultas declarabat, quod nullatenus intendat alias propositiones contentas in Libello approbare, cum jam supra declararit, non omnes, quæ Censuram merentur, a se extractas fuisse ac damnatas, & re ipsa plurimæ supersint adhuc non exitiales minus & prævæ, quæ pariter notari potuissent & damnari.

§. IV.

Parisini Parlamenti decretum contra Cameracensis Archiepiscopi Instructionem Pastoralem.

B 3

Non-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Nondum sanari poterat vulnus, quod Franciæ Episcopi per nuperum Regii Senatus decretum suæ auctoritati inflictum existimabant, cum jamjam hoc anno novum afflictionis argumentum eis suppeditaret Parisiense Parliamentum: quæ ut evenerint, paucis expediam: Die decima quarta Augusti anno priori Carolus de S. Albino Cameracensis Archiepiscopus Instructionem Pastoralem *de necessitate omnes nostras actiones ad Deum ex motivo charitatis referendi* publici juris fecit, in qua contra declarationem Cleri Gallicani anno 1720. factam decreta Apostolica pro firmanda Pontificis auctoritate, aliasque Pontificum Constitutiones contra Baium &c. editas velut Ecclesiæ leges allegabat: Ingresserat quoque mentionem decreti, quod S. Romana Inquisitio die septima Decembris anno post Christum natum millesimo sexcentesimo nonagesimo promulgabat. Præterea sub idem semper tempus die trigesimo Octobris Claudius Guilielmus Vinotus Diaconus Rothomagensis in Sorbona Theses publice propugnabat, quarum prima verba erant hæc: *A Fratibus spoliato: quæstio Theologica. Quis creatus est in justitia? Eph. cap. 4. v. 24. desierat autem hæc Thesis his verbis: Has Theses Deo duce & auspice Deipara*
tueri

*tueri conabitur Claudius Guilielmus Vinot, Sæc. XVIII.
 Diaconus Rothomagensis sacræ Facultatis A. C. 1735.
 Parisiensis Baccalaureus, Theologus & So-
 cius Sorbonicus die Sabbati trigesima Oc-
 tobris 1734. a sexta matutina ad sextam
 vespertinam. In Sorbona. In hac thesi
 propugnabatur, cunctas Pontificum Bul-
 las etiam si in Francia non essent recep-
 tæ, servandas tamen esse, simulque
 mentio ingerebatur de Bullis S. Pii V.
 Gregorii XIII. Urbani VIII. & Alexan-
 dri VII. contra Baji & Jansenii errores.
 En duplex indignationis a Parlamento
 conceptæ incitamentum, quamprimum
 enim illud Archiepiscopi instructionem
 publicam lucem aspexisse intellexerat,
 illam mox Regiis Triumviris discutiendam
 tradidit, quibus suum iudicium ferentibus
 die decima octava Februarii comitia habebantur,
 in quibus omnes Regni Curie præfatique
 Triumviri ad conciliandam rei majorem
 auctoritatem convenere. Igitur omnibus
 una congregatis Gilbertus de Voisins
 Regius ac Generalis Advocatus habita
 oratione exposuit, „Parlamenti
 „jussu instructionem jam fuisse discus-
 „sam, nil ergo superesse, nisi ut Tri-
 „umvirorum sententia, & observatio-
 „num analysis exciperetur; præprimis
 „vero in hoc scripto segregandas esse
 „res Theologicas a politicis Regni legi-*

Sæc. XVIII. „bus ac principiis ; illas enim non spec-
 A. C. 1735 „tare ad forum Magistratus civilis, ho-
 „rum vero conservationem esse potissi-
 „mam Regii Senatus curam , nobilissi-
 „mam sui officii partem“. His præ-
 missis Gilbertus observabat , instructio-
 nis Auctorem asserere , quod ipse de
 numero Cleri Gallicani non esset, & for-
 te id verum esse , quia in rebus profa-
 nis consueta Cleri Gallicani comitia ac-
 cedere , huic Episcopo non competeret,
 saltem ipse monumentum venerandi
 dogmatis anno 1720. a Regni Episco-
 pis communi suffragio stabiliti impug-
 nare non debuisset ; hanc enim eorum
 declarationem ipso Regis consensu,
 ejusque Sigillo tanquam supremæ po-
 testatis fulcimentum fuisse firmatam , &
 ab Auctoris Prædecessore unacum cete-
 ris Archiepiscopis subscriptam : Postea
 querebatur Advocatus , tam in Instruc-
 tione quam in præfata thesi sine omni
 circumspèctione Pontificiorum decreto-
 rum auctoritatem fuisse de prædicatam,
 & quidem in thesi Constitutiones qua-
 tuor Pontificum ita proponi , perinde
 acsi parem cum Ecclesia universa aucto-
 ritatem haberent ; nec etiam speciatim
 iudicari , quales essent hæ Constitutio-
 nes , proin nil aliud intendi , nisi novas
 turbas & contentiones concitare : pa-
 riter Auctorem Instructionis studiose di-
 verfo-

verforum decretorum auctoritatem ele- Sæc. XVIII.
 vare, ut fundamentales Regni leges A. C. 1735.
 evertere omnesque Gallos ad id
 adstringere posset, ut & ipsi passim
 acceptarent, quicquid Romana Curia
 in extera Regna ad stabitienda sua
 principia, & prætenfa jura invexisset.
 Eo fine ipsum adduxisse quoddam In-
 quifitionis decretum, ac si effet statu-
 tum in universo Regno receptum, cum
 tamen fundamentalem Regni legem
 pessumdaret. Hac declamatione ab-
 soluta, Triumviri recessere, & Parla-
 mentum præfato die sequens promul-
 gavit edictum: „Cum in Pastoralis In-
 „structione doctrinæ fundamentalibus
 „Regni legibus adversæ contineantur,
 „& præter quoddam Inquifitionis dec-
 „retum etiam Bullæ in Regno nullate-
 „nus receptæ, nec Parlamenti literis
 „approbatæ, nec Ecclesiæ decisionibus
 „munitæ, minus vero ad fidei Regu-
 „lam ex se spectantes allegentur, & ta-
 „men ad eas tanquam veras Regulas
 „corde & ore amplectendas fideles adi-
 „gi videantur, hinc præfata Instructio
 „æque ac Theses in Sorbona propugnata
 „proscribantur, & proscriptæ sint, eo-
 „quod in illis schisma invehi tenta-
 „tur, dum asseritur, nullum esse vere
 „Catholicum, nisi præfatas Pontificum
 „Bullas, quæ tamen in Regno accep-
 „tatae

Sæc. XVIII, „tatae non sunt, ad executionem de-
 A. C. 1735 „ducat: Mandamus igitur, ut Syndi-
 „cus & Vinotus propugnator coram
 „Parlamento praesentibus omnibus Reg-
 „ni Curiis se sistant, omnia autem
 „tam Instructionis quam Thesis exem-
 „pla Parlamento tradantur &c.

§. V.

*Cameracensis Archiepiscopi querelæ
 ad Regem Franciæ.*

Tanta Parlamenti temeritas non mo-
 do Cameracensem Archiepiscopum
 sed omnes Franciæ Præsules intimo do-
 loris sensu afficiebat: Ingemiscebant
 præcipue, quod Parlamentum quæ-
 stiones, quæ tamen nullatenus sui fori
 essent, decidendi licentiam sibi arroga-
 ret, imo etiam eas contra ipsas Eccle-
 siæ decisiones desinire præsumeret, &
 sic luculenter testaretur, quod hac
 agendi ratione adeo recto ordini con-
 traria nil ardentius desideret, quam
 Pontificias Constitutiones contra Ba-
 ium &c. editas penitus ad nihilum re-
 digere. Eapropter Cameracensis Ar-
 chiepiscopus, & postea Facultas Theo-
 logica libellum supplicem Ludovico
 XV. Galliarum Regi porrexerunt, in
 quo perversa Parlamenti consilia, &
 per

per nefas usurpata jura ad ultimas uf- Sæc. XVIII.
 que sæces detexerunt, ac demum con- A. C. 1735.
 tra nefarios Parlamenti ausus, ejus-
 que decretum Regiam protectionem im-
 plorarunt.

§. VI.

*Parlamenti decretum Regio edicto
 damnatum.*

Hæc inaudiens Rex commovebatur,
 eoquod Parlamentum insuperhabi-
 to toties iterato Regis interdicto sibi
 Sacra, & Religionis doctrinas dijudi-
 candi auctoritatem vendicare præsume-
 ret; Eapropter Rex die vigesima Feb-
 ruarii & decima Maij sequens Regii
 sui Senatus decretum promulgari jus-
 sit. „Cum Regi nunciatum esset, a
 „Parisiensi Parlamento die decima octa-
 „va Februarij decretum fuisse promul-
 „gatum, vi cujus instructio Pastoralis
 „Archiepiscopi Cameracensis unacum
 „quadam Thesi in Sorbona propug-
 „nata proscribatur, hinc Regiæ suæ
 „Majestati bene visum est, ut ob rei
 „gravitatem hac super re exactius edo-
 „cta illius cognitionem suo reserva-
 „ret Tribunali, ut hac in caussa id
 „omne decernere posset, quod Regni
 „legibus magis consonum, & ad præ-
 „cavendas publicæ pacis perturbatio-
 „nes

Sæc. XVIII „nes magis idoneum foret : quocirca in
 A. C. 1735 „suo Senatu præsens, omnium eorum
 „quæ Parliamentum hac in re egit, ad
 „se evocavit, atque evocat, præcipit-
 „que omnibus suis Parlamenti Curiis,
 „ceterisque omnibus aliis subditis, ut,
 „cum doctrinæ cognitio circa Religio-
 „nem ad Archiepiscopos & Episcopos
 „pertineat, eandem cognitionem ad
 „præfatos Præsules referant, & Parla-
 „menti decretum Regi tradant, ut hac
 „in re quod æquum & justum, statui pos-
 „sit; illius enim sententiam Regia sua
 „Majestas sibi soli reservat, & omni-
 „bus suis Parlamenti, aliisque Judi-
 „cibus illius cognitionem penitus inter-
 „dicit, vultque, ut interim tam Ar-
 „chiepiscopi Cameracensis Instructio
 „Pastoralis, quam Sorbonæ Thesis in
 „eodem permaneant statu, quo ante
 „Parlamenti decretum fuissent. Datum
 „Marlii in Regio Senatu præsentate Re-
 „ge &c.

§. VII.

*Parlamenti oppositio adversus hoc
 Regis edictum.*

Comperto hoc Regis edicto Parla-
 mentum ineunte mense Martio so-
 lemnem indixit Conventum, in quo
 de sanando lethali vulnere, quod rur-
 sus

sus per Regiam declarationem usurpatæ Sæc. XVIII.
 suæ jurisdictioni illatum existimabat, A. C. 1735.
 serio deliberare posset. Præprimis er-
 go Patres in supremi Præsidis Portailii
 ædibus convenere, & quid demum Re-
 gi scriptotenus esset exponendum, con-
 sultarunt. Recens autem nuperæ in-
 dignationis Regiæ memoria potissimos
 abtenuit, ne denuo ad duriora prola-
 berentur consilia; Interea Portailius
 vivis eripiebatur; subrogato ergo Pel-
 leterio idea propositionis Regi faciendæ
 exhibetur; ac die decima septima Julii
 novæ deliberationi datur initium. Pel-
 leterius tamen utpote de sui Prædeces-
 soris scripto nondum edoctus hanc in se
 provinciam suscipere renuit. Statue-
 bat tamen, nihil omnino remittendum
 esse ab imperterritito animi robore ac
 studio, quo Parlamentum hucusque
 Regni leges, & Ecclesiæ Gallicanæ li-
 bertates conservare ac tueri adlabora-
 set, de cetero autem primo Parlamen-
 ti Præsidi injungendum esse, ut prox-
 ima occasione adversus nuperum Regii
 Senatus decretum æquas Parlamenti
 querelas Regi perdemisse exponeret,
 ac luculentis argumentis comprobatum
 redderet, quam gravia inde mala abs-
 dubio oritura essent. Interim vero
 hujus consilii executio usque ad Fe-
 stum S. Martini differebatur: Ceterum
 Cle-

Sæc. XVIII. Clemens XII. Papa Parlamenti decre-
A. C. 1735. tum die decima octava Maij per specia-
 le Breve damnavit, ac librorum pro-
 hibitorum albo inseri iussit. Eadem
 quoque die in publicis consuetisque Ur-
 bis Romanæ compitis Pontificium hoc
 decretum affigebatur sub hoc titulo *S. D.*
N. D. Clementis divina providentia Papæ
XII. revocatio & annullatio ordinationum
aliorumque contentorum in quibusdam Gal-
licis foliis gallico idiomate impressis sub ti-
tulo: Arret &c. cum prohibitione eorundem
foliorum &c. Jam vero Parlamentum
 ira moveri, impotenti rabie in suos
 Adversarios tumultuari, furere. Dole-
 bat summopere, edictum suum atro
 stigmate non modo Regiæ, sed & Pon-
 tificiæ proscriptionis notatum, simul-
 que usurpatæ suæ auctoritatis iniqui-
 tatem Universo Orbi patefactam: Ut
 ergo plagam, quam recens accepit,
 obduceret, suoque dolori quaecun-
 que lenimen afferret, frænum (quod
 desperatæ causæ proprium est) mor-
 dere & ad saxum, in quo tam apud
 Papam, quam apud Regem malo suo
 offenderat, pedem referre cœpit. Pon-
 tificis nempe edictum opposito suo de-
 creto die decima septima Junii refelle-
 re, ceu nullum, irritum, & illegiti-
 mum declarare, suppressere, ac pro-
 hibere statuit, hanc agendi rationem
 rur-

rursus vindicante Gilberto de Voisis, Sæc. XVIII.
 qui hac occasione prolixam, ac felle tinctam declamabat orationem: Hæc tamen nonnisi bruta fore fulmina, prospiciebat Cameracensis Archiepiscopus, nihilominus die decima nona Maij ad suos Diœcesanos epistolam Pastoralem transmisit, in qua Parlamenti ausus solide impugnabat, & nuperam suam Instructionem a Rege Christianissimo strenue defensam fuisse nuntiabat: Verum id ipsum erat novæ indignationis argumentum; Parlamentum igitur, ut suam ultionem in Archiepiscopum exercere posset, ex cavillationibus suppetias quæsit, cum enim Archiepiscopus se *Franciæ Parem* appellasset, & Regem nominasset *Regem Christianissimum*, inde Parlamentum sibi amplum insectandi campum aperiri lætabatur: quapropter instigantibus Triumviris die decima tertia Junij decretum edidit, in quo epistolam Pastoralem Archiepiscopi suppressi iussit, ac Præsuli inhibuit, ne Regis nomini prærogativam *Christianissimi* adderet, eoquod reverentia Regi debita læderetur, si subditus Regiam Majestatem alio quam solo *Regis* nomine honoraret: Archiepiscopo insuper Parlamentum interdixit, ne se deinceps *Franciæ Parem* nominaret, eoquod in Parlamenti Curia sub hoc nomine

mine

Sæc. XVIII.
A. C. 1735

mine nunquam agnitus fuisset. Atamen vix verbis exprimi potest, quam acerbis cachinnis hoc Parlamenti decretum a potissimis fuerit explosum, ab aliis vero non sine stomacho acceptum: Rex quoque frivolam hanc cavillationem edoctus, Archiepiscopi honorem vindicabat, eidemque Regia auctoritate omnes illas asserebat prærogativas, quas eidem retinere permissum erat, postquam Laudanensem Episcopatum, qui Parium Franciæ Ecclesiasticorum Ducatus est, ultra dimiserat; aliunde vero ipsemet Archiepiscopus ex Regio Sanguine ortum traxerat, utpote Philippi II. Aurelianensis Ducis Filius anno 1722. legitimis natalibus restitutus, proin inter Franciæ Pares hoc quoque titulo relatus.

§. VIII.

Perfida revocatio San-Papuliensis Episcopi.

His omnibus Cleri Gallicani afflictionibus ac molestiis cumulum & extremam acerbicatem addebat spiritualis ruina Joannis Caroli de Segur Papuliensis Episcopi. Hic erat olim Presbyter Oratorii, Vir eruditione clarus, & naturæ ac gratiæ dotibus liberaliter auctus, pravo tamen suorum
ex-

exemplo inductus, pertinacia plurium Sæc. XVIII.
 annorum corroborata Constitutioni resti- A. C. 1735.
 tit, atque appellantium factioni immo-
 te adhæsit. Verum ea, qua erat prudentia
 ac sagacitate, brevi malas Quesnelista-
 rum artes, vafra eorum consilia, fraudes
 & delirantis fanatici phantasmata de-
 textit, quocirca relictis illorum castris
 Sacræ sedi, ejusque Constitutionibus
 debitum obsequium ore, calamo, &
 corde profitebatur. Fluxerat annus
 hujus sæculi vigesimus tertius, quo
 Joannes Carolus ad Regis nominatio-
 nem Episcopus Sancti Papuli dictus est.
 Credebatur Vir velut Divino munere
 huic Ecclesiæ datus; prævenerat enim
 ipsum Deus Benedictionibus dulcedinis
 suæ, deditque ei tam virile pectus, ut
 spretis factiosorum lenociniis, convi-
 tiis ac ludibriis Constitutionem *Unige-
 nitus* editis pluribus decretis Pastoralibus
 strenue propugnaret, ac sese Sedis
 Apostolicæ hostibus velut murum æne-
 um opponeret. Verum languente sen-
 sim primo fervore clam ac frequentius
 cum refractariis arctiorem consiliorum
 societatem inire cæpit; hinc pravaram
 opinionum, quibus in juventute imbu-
 tus erat, vulnera paulatim, ubi conse-
 nuisse videbantur, recruduere, & no-
 xia, quæ olim in Scholis hauserat,
Hist. Eccles. Tom. LXXV. C vene-

Sæc. XVIII. venenatæ doctrinæ semina repullula-
 A. C. 1735. runt. Tantum nempe in animis hac
 tabe semel aspersis vim roburque habet
 pravi Magistri disciplina ad corrupte-
 lam multorum potentissima. Accessit
 insuper ad mali incrementum, impor-
 tuna veterum Sodalium sollicitatio.
 Hi enim, cum titubantem cernerent,
 ad labefactandam ejus constantiam ani-
 mique firmitatem omnes admovent
 arietes, assidue aures ejus obsident,
 peracriter ei vecordiam exprobrant &
 ne sibi soli desiperet, ut plurimorum, &
 quidem doctrina & auctoritate ceteris
 prævalentium partes sequeretur, tan-
 dem suadent: disertius quoque ac multo
 copiosius everfam Scholarum liberta-
 tem, præcipuas Ecclesiæ veritates,
 Traditiones Apostolicas, purioris doct-
 rinæ regulas, SS. Patrum dogmata,
 Ecclesiæ leges per Bullam damnatas
 &c. exaggerant, & quicquid demum
 ad fluctuantis animi virtutem penitus
 enervandam aptum promptumque ha-
 bebant, facundia ad fallendum nata ex-
 ponunt: cum autem his argumentorum
 momentis parum adhuc proficerent,
 tandem precibus, & veteris amicitiae
 sacrosanctis fæderibus, quæ crebro
 commemorarunt, improvidum aggre-
 diuntur. Ita illum olim firmum atque in-
 flexibilem, carnalis affectus lenociniis,

at-

atque obtestationum improbitate suas Sæc. XVIII.
 in leges ac vota pertrahunt. Igitur ad A. C. 1735.
 extremum fractus ac prostratus Præsul
 demum adversus Ecclesiæ & rationis
 evidentissimam lucem manus factioni
 simulque errori dedit, & causam opti-
 mam & cum causâ Religionem, & Ec-
 clesiam deseruit, suumque honorem &
 nominis famam æterni opprobrii ma-
 cula deturpavit, & quod indignius est,
 hic veritatis transfuga velut publicam
 defectionis suæ tesseram propudiosas
 adversus Constitutionem literas vulga-
 re non erubuit, hujus tenoris.

„Joannes Carolus de Segur Dei vo-
 „luntate Episcopus, & Dominus San-
 „Papuliensis Clero sæculari & Regula-
 „ri salutem dicit & Benedictionem in eo,
 „qui pro salute Peccatorum in mundum
 „venit.

„*Fratres Charissimi!*

„Haud vobis celare possumus ani-
 „mi nostri propositum, quo onus nostri
 „Episcopatus deponere decrevimus;
 „Hunc Episcopatum aucupati sumus
 „per media, quibus diu nos metipsos
 „decepimus; ast Deo ita disponente
 „falsa nostra quiete non diu frui potui-
 „mus. Jam per integros duos annos
 „Deus ad cor nostrum locutus, nos im-
 „pulis

Sæc. XVIII. „pult, & vox ejus, quam mortalium
 A. C. 1735. „nemo impedire potest, interiora nostra
 „penetravit: Nil reliquum quidem feci-
 „mus, ut mentis nostræ angores, &
 „tacita conscientiæ convitia coram vo-
 „bis occultaremus, abs dubio tamen
 „advertistis, nos non esse re ipsa tales
 „quales nos esse simulavimus: Nunc
 „vero mysterium pandendi tempus est.
 „Ita est, Fratres mei, larvam detraxi-
 „mus: Hoc opus non est nostrum, sed
 „hæc est mutatio dexteræ *Excelsi*: ad pri-
 „mos enim gratiæ radios intelleximus,
 „quæ Divinæ justitiæ deberemus, cui
 „satisfacere haud possemus, si diutius
 „in sublimi gradu, ad quem temerarie
 „ascendimus, permanere vellemus:
 „ut inde descendamus, acclamat vox
 „conscientiæ nostræ: priusquam vero
 „hoc decerneremus, doctiorum, hone-
 „storumque consilia exploravimus, qui-
 „bus, quæ necessaria essent, ingenue
 „manifestavimus: cum ergo hi Eccle-
 „siæ calamitates cordi haberent, &
 „Pastores oppido necessarios esse cen-
 „serent, suaserunt, ne vos, Fratres
 „Charissimos desereremus sed potius de-
 „testandam vitæ nostræ rationem in-
 „melius mutarem: Attamen Deus,
 „qui nobis Ecclesiæ leges & Canones
 „exacte observandi voluntatem inspira-
 „vit, nobis quoque virtutem dedit, ut
 „nos

„nos eisdem penitus subiiceremus : Ho- Sæc. XVIII.
 „rum tamen , quos consulimus , re- A. C. 1735.
 „verentia permoti , eorum consilia , in-
 „cassum licet , sequi conati sumus : Ho-
 „mines offendendi metus nos adhuc
 „dum retraxit , & falsus timor linguam
 „cohibuit ; hinc ore multa protulimus ,
 „cor autem nostrum longe ab eis erat.
 „Non raro nobismetipsis nostram igna-
 „viam exprobravimus : quoties de no-
 „stris Consiliariis eorumque sinistra
 „opinionem questi sumus ? tandem vero
 „nostram Sedem relinquere decrevi-
 „mus , & ab illo momento anima no-
 „stra illam sensit quietem , quam Deus
 „æquissimo non minus , ac summe ne-
 „cessario proposito nostro contulit.

„Nonne decet , ut de cœpto hoc
 „consilio coram vobis , dilectissimi Fra-
 „tres , rationem reddam ? Ita est , quan-
 „tumcunque enim probrosa sit publica
 „peccatorum meorum confessio , non
 „tamen deest nobis ad id necessaria
 „animi fortitudo , nostræ miseræ cog-
 „nitio vos ad Deum pro me deprecan-
 „dum incitabit , & si quis nos ab hac
 „confessione retrahere conaretur , sem-
 „per tamen rationes , quæ nos ad vos
 „deferendos moverunt , tantum vale-
 „bunt , ne nobis ulterius resistatis.

„Nondum ætate provecti Mundum
 „nauseavimus , & gratia Dei præventi

Sæc. XVIII. „pericula hujus Sæculi rite perspexi-
 A. C. 1735 „mus, propterea in Congregatione Pa-
 „trum Oratorii Institutionem, & pieta-
 „tis exempla quæſivimus atque etiam
 „abundanter utrumque invenimus.
 „Christum Dominum, Sacerdotii subli-
 „mitatem, & necessarias ad id confe-
 „quendum dispositiones agnoscere, pro-
 „be ibidem edocti fuimus. Sacro hor-
 „rore repleti hunc statum vel ideo con-
 „templati sumus, ut cordi nostro per-
 „suadeamus, ne ad hunc statum perve-
 „nire ambiret: Crebro ponderavimus
 „verba S. Gregorii, qui dixit, *virtuti-*
 „*bus pollens, coactus ad regimen veniat,*
 „*virtutibus vacuus, nec coactus accedat.*
 „Eapropter in infimo Clericorum gradu
 „substitimus, sed beati, si per totum vi-
 „tæ tempus in hoc statu, qui olim
 „Christi confessorum præmium erat,
 „permanere potuissemus; ast omnibus
 „nota rerum vicissitudo inimico hominis
 „januam ad cor nostrum aperuit, resti-
 „timus primis ejusdem assultibus, in-
 „stitit fortius, & tandem cessimus: non
 „modo mundi Regna nobis ostendit Sa-
 „thanas, sed omnia etiam, quæ car-
 „nales hominis oculos externo suo splen-
 „dore in Regno Christi fascinare pote-
 „rant: hæc concupiscere, & ambire
 „cæpimus, & denique neglecto ad
 „Deum recurſu tentationi succubimus.
 „Ad

Past. l. part.
 cap. 9.

„Ad altiora ascensui obstabant duo : I. Sæc. XVIII.
 „Appellationi a Mirapicensi, Sanitien- A. C. 1735.
 „si, Montpessulano. & Bologniensi Episco-
 „pis contra Constitutionem interpositæ
 „accedendi gratiam habuimus, II. Con-
 „gregationi, quæ mundi potestatibus ob-
 „rejectam hanc Bullam exosa, aggregati
 „eramur. Alterum hoc obstaculum re-
 „movimus deferendo Congregationem
 „Oratorii ; igitur Sacerdotio initiati in
 „Laudanensis Diœcesis, in qua ferme
 „omnes præfatæ Bullæ restiterant, Vi-
 „carium nominati sumus : Ut ergo ex
 „fautorum animis sinistram de nobis
 „opinionem deleremus, non modo ap-
 „pellationi renuntiavimus, sed & alios
 „ad id inducere, sollicitè curavimus :
 „Illecebras . promissa & minas adhi-
 „buimus, & nil eorum præterminimus,
 „quæ apta censuimus : Proh ! quos
 „ruinas promovimus ! quot animarum
 „cædes perpetravimus ! Fratrum no-
 „strorum Sanguine satiari cupivimus,
 „& periculosa, quam incessimus, via
 „eo securior nobis videbatur, quo plu-
 „res ejusmodi proditores ad nostra sig-
 „na pertraximus.

„His malis alia addidimus : Tres
 „equidem Ecclesiastici optime meriti
 „sefe nobis opponere audebant ; suis
 „beneficiis quiete fruebantur ; nos vero
 „illos, quia appellationi nuntium mitte-

Sæc. XVIII. „re renuebant, castigaturi, illos ad
 A. C. 1735. „strinximus, ut Alexandri VII. formu-

„læ pure ac simpliciter subscriberent:
 „Nec id recusarunt, sed eo modo,
 „quo olim quatuor hi Episcopi, appro-
 „bante etiam Clemente XI. subscripse-
 „re. Hæc ipsa subscriptio, cui no-
 „vendecim alii Præsules in Ecclesia
 „longe celeberrimi accesserunt, nobis
 „eos vexandi prætextum præbuit, ac
 „ideo eos, quamvis illorum fides pu-
 „ra, & irreprehensibilis esset, ac
 „ipsi Ecclesiam diligenter, & vicissim
 „ab ea diligenter, tanquam Ecclesiæ
 „rebeldes damnauimus, suis beneficiis
 „spoliavimus, & insuper a duabus ur-
 „bis Parochiis duos Sacerdotes dignif-
 „simos, & ab Ecclesia Cathedrali Theo-
 „logiæ Doctorem abegimus: Hæccine,
 „Fratres mei charissimi, est recta via,
 „cap. 8. v. 8. „qua ad Episcopatum accessimus? Inge-
 „miscite mecum cum Osea: *Ipsi regna-*
 „uerunt, *Et non ex me.*

„Inde Pastorale Officium, quod no-
 „bis arrogauimus, sterile in nobis eva-
 „sit: inde nova populi offensio, quam
 „denuo propter Bullam *Unigenitus* cauf-
 „sauimus. In prima nostra instructio-
 „ne eam velut Ecclesiæ legem, cui
 „obedire necesse esset, proposuimus,
 „in secunda parem a Vobis obedientiam
 „exegimus. Anno autem super milefi-
 „mum

„mum septingentesimo vigesimo octavo Sæc. XVIII.
 „eo usque processimus, ut cognita li- A. C. 1735.
 „cet Sanitiensis Episcopi virtute, inno-
 „centia ac integritate celeberrimos Ad-
 „vocatos ejus Vindices damnaremus,
 „demum vero eos ob constantiam,
 „quam præstare ipsimet fuisset ob-
 „stricti, multavimus ea pœna, quam
 „nos promeriti fuisset.

„Nunquam satis, Charissimi Fratres,
 „deplorare poterimus, quod iniquæ sen-
 „tentia, quæ ejus Auctoribus adeo prob-
 „rosa, accesserimus: Utinam saltem in
 „spiritu ad montem sanctum nos eleva-
 „re, & ad pedes illorum, qui amore
 „Christi captivi detinentur, procumbere
 „nobis liceret: ex Sancti hujus Episco-
 „pi manibus Deum tanquam hæredita-
 „tem nostram accepimus Clericorum
 „Ordini mancipati, nunc ergo in ejus
 „quoque manibus magna & multa ni-
 „mis peccata in nostro munere perpet-
 „rata per Episcopatus nostri cessionem
 „delere volumus: Utinam nos tanquam
 „Filiū & suorum vinculoꝝ sociū
 „recipiat, ante pedes ejus prostrato cor-
 „suum aperiet: quinimo in libro cor-
 „dis sui jam legimus remissionem nobis
 „datam: Utinam Sancti hujus Episco-
 „pi imitator fidelis in hac nostra solitu-
 „dine ad dies vitæ nostræ adoptata ef-
 „ficiat! nobis quidem in suo amaro

Sæc. XVIII. „fidei certamine illum imitari datum
 A. C. 1735. „non est, saltem eidem in via pœni-
 „tentiae, qua in exilii sui monasterio
 „omnibus exemplo præluceat, & Ec-
 „clesiam lætificat, pares fieri studeamus.

„In nostris debitis apud Deum con-
 „tractis nos unice solatur spes pro-
 „ximæ eorum solutionis: Adveniat
 „tandem optata illa dies, qua a gravi
 „onere soluti rursus ad semitam, a qua
 „recessimus, reverti valeamus: Quam
 „bonus est Deus, qui derelinquentem
 „se ipse quærit: audivimus vocem
 „ejus, sed obturavimus aures nostras.
 „Tandem vero veritatis splendor nos
 „illustravit, & a nobis prius obfuscata
 „nunc comparuit amore dignissima:
 „Quanta veritatis vis, & hostium suo-
 „rum assultu superior! Vix ab Appel-
 „lantibus defecimus, cum illico inte-
 „rius terrores, metus & confusiones
 „exterius vero dulcedinem, pacem &
 „solatium sentiremus, nunc autem eo
 „magis pax animam nostram replet,
 „quo firmiter veritatem profiteri decer-
 „nimus, & si quid timoris superest,
 „ab extra venit, & a vexatione, quæ
 „nobis ob conversionem fors impendit,
 „procedit. Quantum vero veritas er-
 „rori præponderat, si rationes, quibus
 „nunc movemur, comparamus cum ra-
 „tio-

„tionibus, quæ nos prius attraxerant? Sæc. XVIII.
 „Dum ideo appellationem rejecimus, A. C. 1735.
 „ut Episcopatum obtineremus, movit
 „nos rei concupitæ dignitas, jam vero
 „ad appellationem revertentes, homa-
 „gium veritati debitum reddimus.

„Exemplo meo, Fratres dilectissi-
 „mi, sapite, & contra omnes motus
 „veritatem oppugnantes armamini: Ex
 „manifesta mea conversione, quam
 „Deus operatus est in nobis, cognosci-
 „tis, quod Deus, si velit, triumphare
 „possit; ex lupis facit oves, ex perse-
 „quentibus Apostolos: dicit, & facit,
 „jubet, & obeditur ei. Tempestatem
 „per nostra peccata exortam ideo se-
 „dat, quia scit vanos esse hominum co-
 „natus, & portas inferni adversus Ec-
 „clesiam non prævalituras. Junctis er-
 „go mecum precibus Deum exorate,
 „ne me tempestas demergat. id unice
 „in tempore tribulationis nostræ, in
 „diebus tenebrarum facere possumus.
 „Manibus ad certamen magis assuetis
 „relinquamus veritatis defensionem,
 „quæ fit per arma intellectus, quibus
 „sefe hostibus suis terribilem reddidit.
 „Veritatem calamo propugnare, illo-
 „rum præstantissimorum Præsulum est,
 „qui in veritatis stadio constanter cucur-
 „rerunt. Nobis sufficiat residuam au-
 „toritatem eo impendere, ut scanda-
 „lum

Sæc. XVIII. „lum durante nostro officio datum tol-
 A. C. 1735. „lamus. Dum ergo vobis vale dici-
 „mus, certi estote, me semper in mea
 „solitudine Fratrum memorem fore;
 „speramus, Deum nobis placatum etiam
 „preces nostras pro vestra salute exau-
 „diturum. Lex charitatis, quæ a se-
 „metipso incipit, impellit, ut nos a
 „vobis separemus, eadem tamen chari-
 „tas nos tam arcto vobis vinculo con-
 „stringit, ut nil vos a corde nostro se-
 „parare poterit. Quid enim vobis pro-
 „desse possumus, nisi Deus ædificave-
 „rit? liniremus muros absque tempe-
 „ramento: non pigeat vos perdere ob-
 „sequium nostrum: non eget Deus ad
 „salutem vestram auxilio nostro. Non-
 „ne Deus est, qui prope & qui longe
 „est, dicit Dominus. Quinimo vobis
 „(ut speramus) magis prodesse poterim-
 „mus, si in solitudine pro vobis & pro
 „me oravero, quam si in eo statu per-
 „manerem, a quo nos Deus identidem
 „avocat. Justus est Dominus, & dum
 „ita nobiscum disponit, justitiam suam
 „temperat immensa bonitate sua: in
 „ejus sinum nos committimus, & totos
 „relinquimus, quia Pater noster est;
 „diu nimis obsecuti sumus nostræ vo-
 „luntati, jam Dei voluntatem sequi
 „parati simus. *Ecce elongavi fugiens, &
 „mansi in solitudine.*

*Psal. 54.
 v. 8.*

„Post-

„Postquam igitur coram læsa veri- Sæc. XVIII.
 „tate humiliatus, ab Ecclesia propter A. C. 1735.
 „propugnatam Constitutionem *Unige-*
 „nitus veniam petiero, & quantum in
 „me est, scandalum inde datum repa-
 „ravero, tandem ob allegatas rationes
 „præprimis, invocato sanctissimo Dei
 „nomine, retractamus instructiones,
 „in quantum præfatæ Bullæ favere
 „possunt, Mense Augusto anno 1724.
 „& Februario anno 1727. publicatas:
 „revocamus etiam penitus omnia, quæ
 „anno 1728. contra Advocatorum con-
 „sultationem scripsimus & egimus: pa-
 „riter adhæremus Appellationi a Mi-
 „rapicensi, Sanitiensi, Montpessulano
 „& Bolognienti Episcopis ad futurum
 „concilium factæ, omnibusque hanc
 „in rem actitatis. Tam æquæ, tam-
 „que sanctæ causæ adstipulantes, dam-
 „namus omnia, quæ præsentī decla-
 „rationi nostræ contraria sunt, aut ad
 „quæ fors vi compellendi essemus. Con-
 „fidimus tamen in Dei misericordia, ta-
 „lia nobis non fore timenda. Decla-
 „ramus autem in conspectu illius, qui
 „scrutatur corda & renes Deus, nos
 „a nostro proposito nisi re prius matu-
 „re ponderata nunquam recessuros, si-
 „cut & mentem nostram non ex ullius
 „hominis suggestionē, sed ex plena li-
 „bertate mutavimus. Precamur Deum,
 „ut

Sæc. XVIII. „ut qui bonum velle dedit, etiam per-
 A.C. 1735. „severantiam in bono usque ad extre-
 „mum halitum vitæ nostræ dare velit.
 „Hæc nostra voluntas omnibus nota sit,
 „& nostræ literæ prælegantur, ac in
 „locis debitis affigantur. Datum S.
 „Papuli in Episcopali nostro Palatio die
 „vigesima sexta Februarii anno 1735.

JOANN. CAROLUS

Episcopus San - Papuliensis.

Porro infelix hic Præsul suum Epi-
 scopatum, quo se per suam perfidiam
 indignum reddidit, eoque privari me-
 ruit, ultro abdicavit, atque in gloria
 posuit, quod semetipsum æterna no-
 verit ignominia, in merito, quod de
 bono opere ipsum piguerit, & in virtu-
 te heroica, quod pœnitentiam egerit,
 quæ ipso peccato magis impia esset,
 in hoc solo laudandus, quod dimisso
 Pastoris officio gregem suum præserva-
 rit a peste, qua illum venenatis suis
 sermonibus, & scandaloso apostasiæ ex-
 emplo inficere potuisset: de cetero au-
 tem sua defectione omnibus Ecclesiasti-
 cis tremendum reliquit Divinæ justitiæ
 monumentum, præbuit singularis fa-
 natissimi & turpis inconstantiae spectacu-
 lum, evasit populi ludibrium, probor-
 um abominatio, abortivum Ecclesiæ
 mem-

membrum, & Episcopalis Ordinis de- Sæc. XVIII.
decus. A. C. 1735.

§. IX.

*Cautelæ adversus pravum hujus Epi-
scopi exemplum adhibitæ.*

Ad propudiosum hujus Episcopi lap-
sum soli tripudiabant Sectarii, tri-
stabantur autem Catholici, & Franciæ
Rex primas eo curas intendit, ne hu-
jus exempli pravitas fideles suos subdi-
tos, præsertim Papulienses corrup-
peret: quocirca præprimis Abbatem
de Charentii Meldensis Ecclesiæ Ca-
thedralis Canonicum, & Bisi Cardina-
lis supremum Vicarium, ad hanc Eccle-
siam Episcopum Mense Aprili nomi-
navit, eoquod hic acerrimus Consti-
tutionis propugnator ac vindex esset.
Insuper Rex Papuliensis Episcopi man-
datum per Regii Senatus edictum sup-
pressit, proscripsit, damnavit, eoquod
esset *Ecclesiæ injuriosum, ejus auctorita-
ti contrarium, Regiæ auctoritatis læsivum &
contra utramque potestatem rebellionem in-
spirans.* Haud segnius Franciæ Præsu-
les maculam Episcopali dignitati inu-
stam populique offensionem aucto Ze-
lo Apostolico reparare certabant; non
pauci enim editis pastoralibus instru-
ctioni-

Sæc. XVIII. tionibus, literisque encyclicis gregem
 A. C. 1735. suum a seductionis periculo præmunie-
 bant, atque in obsequio Sedi Apostoli-
 cæ, ejusque Decretis debito firmabant.
 Præcipue vero Stephanus Josephus de
 la Farre Laudanensis Episcopus, nec-
 non Carolus Franciscus de Hallencourt
 Drosinenil Virodunensis & Catalaun-
 ensis Antistites frivolas Episcopi transfu-
 gæ rationes solide confutarunt, &
 Constitutionis æquitatem, auctoritatem-
 que strenue defenderunt. Cæteri vero
 Episcopi unanimi suffragio decrevere,
 se injuriam ab hoc Episcopo Ecclesiæ
 illatam in proximis Cleri Gallicani comi-
 tiis pro viribus vindicatos: Ut vero sic
 tanto validius conjunctis operis Apo-
 stolicæ sedis honorem, & populorum
 salutem tutarentur, iniquissimo hoc
 tempore eo magis necessarium videba-
 tur, quo proximius esset perversionis
 periculum, quibusdam etiam Episco-
 pis ad hostium partes inclinantibus;
 quippe Paulus de Chaulnes Gratiano-
 politanus, & Philibertus Carolus Pas-
 de Feuquiers Agathensis Episcopi pes-
 simum Apostatæ exemplum imitati,
 revocabant omnia, quæ in Embrodu-
 nensi Concilio contra Santienssem Epi-
 scopum antea decreverant. Contra hos
 Catalaunensis Episcopus, ut suum Cle-
 rum ab hujus exempli pravitate præ-
 muniret,

muniret, instructionem edidit, in qua hæc præcipue notanda sunt verba: Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„Constitutio *unigenitus*, quam Papuli-
„ensis tam indigne proscindit, est de-
„cretum dogmaticum & irreformabile
„universalis Ecclesiæ, cui proin fidei
„nostræ obsequium debemus. Quilibet
„fidelis sese eidem corde & animo
„submittere tenetur, si in gremio spon-
„sæ Christi, extra quam nulla salus,
„vivere & mori desiderat. Frustra
„Papulienfis, omnesque Novatores
„contra hanc Bullam insurgunt, cujus
„auctoritatis pondus semper illos conte-
„ret, & ni eidem debitam reddunt
„obedientiam, semper erunt rebelles
„Ecclesiæ filii omni anathemate digni.

„Quem non moveant tot temerarii
„ausus, quibus Ecclesiæ decisiones,
„quas tamdiu ceu fidei suæ regulas ve-
„nerabatur, impetiit. Abyssus abyssum
„invocat: arcana cordis sui publice fa-
„tetur, propudiosas suas artes & inclina-
„tiones, quibus omnes vitæ suæ actiones
„fuerant animatæ, detegere non eru-
„bescit: fatetur, omnia in ipso fuisse
„conficta, meramque hypocrisiam: sua
„juramenta fuisse perjuriam, cor suum
„repletum mendaciis, dum os suum
„veritatem verbis eructabat, suum Ze-
„lum nil nisi larvatam fuisse ambitio-
„nem

Hist. Eccles. Tom. LXXV.

D

„nem

Sæc. XVIII. „nem, suum ingressum in Sanctuarium
 A. C. 1735. „exstitisse fructum suæ cupiditatis, suam
 „ad Episcopatum vocationem fuisse su-
 „perborum desideriorum complemen-
 „tum. Verbo: ut homines deciperet,
 „& Orbi imponeret, nihil prætermisit,
 „propriumque suum honorem & con-
 „scientiam sacrificavit: Quis unquam
 „semetipsum tantopere diffamare potuit
 „aut debuit? Fors Papuliensis funestos
 „tam abominandæ actionis effectus
 „non prævidit? Libertini tamen inde
 „tripudiant, & in iniqua sua opinio-
 „ne, qua nimis firmiter credunt, in
 „Ecclesiasticis nec sinceram virtutem,
 „nec cordis rectitudinem esse, adhuc
 „magis firmantur. Novatores ex alte-
 „ra parte in vulgus spargunt, quod
 „maxima pars Regni Præsulum eadem
 „cum Papuliensi in corde sentiant, &
 „quamvis hypocrisis convitium in semet-
 „iplos regerant, & licet de suo hono-
 „re magis quam Papuliensis, solliciti
 „sint, nunquam tamen adeo magnani-
 „mi sunt, ut remordentis conscien-
 „tiæ suæ dictamen sequentes a sua sede
 „recedant, & in cordis sui secreto pec-
 „cata poenitiæ lacrimis deleant.
 „Hæc sunt illa judicia, illi sermones,
 „quos Papuliensis epistola, præter ip-
 „sius, ut pie credimus, intentionem,
 „hodie in corrupto sæculo produxit.

„Uti-

„Utinam Papuliensis, ut in pace Sæc. XVIII.
 „vivere posset, sui Episcopatus cessio- A. C. 1735.
 „nem ad Regem transmisisset, eidem-
 „que duntaxat exposuisset, se credere,
 „quod Deus ab ipso deposceret, ut ab-
 „dicato Sacri Ministerii onere, sese a
 „mundi strepitu subduceret, suæque vi-
 „tæ dies in solitudine compleret! Non
 „desunt Episcoporum non pauci, qui
 „hanc semitam calcarunt: inde Eccle-
 „siæ gloriosum reliquere exemplum, &
 „adhuc dum ipsorum memoria in bene-
 „dictione & honore est. Ast a Dei Spi-
 „ritu in solitudinem ducti erant, & ip-
 „sorum sæculi fuga exstitit sine scanda-
 „losa confessione, sine strepitu, sine re-
 „bellione contra Ecclesiam Matrem
 „suam &c“.

§. X.

*Gravis quorundam Franciæ Præsu-
 lum vexatio.*

Eo tempore pro affectuum diversitate
 diversa fervebant studia; non pau-
 ci enim Papuliensis Episcopi apostasiam
 editis scriptis acriter insectabantur, alii
 in ejus defensionem suos exercebant
 calamos: Verum Franciæ Rex omnia
 scripta ultro citroque edita per sancti-
 oris Senatus decretum suppressit, inhi-
 buitque, ne deinceps Episcoporum ul-
 lus

Sæc. XVIII. A. C. 1735. lus epistolam Pastoralem hac in caussa sine prævio Regis consensu publici juris faceret. Qui confusionem ejus temporis, & turbulentissimum Franciæ statum meminerit, perfacile intelliget, quam acerbo dolore Præsules interdittam juris sui defensionem tulerint, quantaque vigilantia ac prudentia eis enitendum fuerit, ne graviores Regis indignationem incurrerent, & ne quid eorum Ecclesiæ detrimenti caperent. Eo fine Cleri Gallicani comitia celebrare constituunt; ac die secunda Junii simul congregati suos Deputatos ad Regem Versallias decernunt, pro more necessariam petiuros licentiam. Eodem demum obtenta die quinta ejusdem mensis solemnibus comitiis datur initium ac præprimis Fleury Cardinalis nomine Regis tanquam consuetum, ut vocant, *donum gratuitum* viginti librarum millones postulat. Postea Tolosanus Episcopus perelegantem habuit orationem, qua absoluta Rex Cleri pollicitus est, quod præsentibus Ecclesiasticas controversias componere intentus, Parlamenti jurisdictionem in Religionis res præter fas extensam coercere, eamque Episcopali Ordini asserere velit: Regia hac pollicitatione excitati novem illi Præsules, qui nuper literas a se subscriptas Regi porrexerant, que

querelas suas contra impositam silentii Sæc. XVIII.
 legem, & Papuliense mandatum inno- A. C. 1735.
 vare parabant. Attamen Fleuryus
 Cardinalis veritus, ne intempestivus
 horum ardor novas concitaret turbas,
 in Provinciarum comitiis rem ita se-
 creto instruxit, ut hi novem Præsules
 ad Cleri Gallicani comitia non deputa-
 rentur. Hos inter præcipue erat Pe-
 trus Lafiteau Sistaricensis Episcopus,
 quem, ut Fleuryus sine strepitu exclu-
 dere posset, potissimos Provinciæ Epi-
 scopos rogabat, ut rem adeo circum-
 specte agerent, ne ulla hujus exclusio-
 nis notitia aut suspicio Sistaricensi subo-
 leret. Attamen brevi patuit res tota,
 & Sistaricensem Episcopum cum aliis
 octo exclusum fuisse, communis vulga-
 vit fama: Cum vero hic idem Præsul
 ejusmodi exclusionibus Episcopatus ju-
 ra graviter læsa arbitraretur, ut Car-
 dinalis voto cederet, simul tamen Epi-
 scopalis dignitatis honorem factum ser-
 varet, duo proposuit temperamenta,
 ac conditiones, quibus admissis se a
 generalibus Cleri comitiis abfuturum
 spondit: Harum prima erat, ut ipse
 quidem ad Comitia deputaretur, se
 tamen hanc deputationem recusatu-
 rum promitteret. Altera, ut Muyus
 Comes, qui Regis nomine tum in Pro-
 vincia rerum summam moderabatur,

Sæc. XVIII. ex his Episcopis cuidam significaret, A. C. 1735. declararetque, Regem, ejusque Curiam ipsis liberum ac integrum relinquere, ut quemcunque vellent, deputare possent, quo in casu Sistaricensis sui designationem non acceptaret. Verum Præsules illi, qui Fleurio Cardinali adulabantur, neutrum ex his temperamentis ratum habebant: quo comperito Sistaricensis contra sui exclusionem, & apertam libertatis oppressionem palam reclamabat, suæque protestationis instrumentum ad Curiaë acta reponi, illudque tabulis inseri petebat, quo factò ex conventu discessit, quin hucusque in comitiis actitata suo firmaret chirographo.

§. XI.

Laudanensis Episcopi vindiciæ.

Inter duodecim Præsules a comitiis exclusos recensebatur etiam Episcopus Laudanensis, qui tamen insuper habito nuperi Regis decreto Episcopatus jura, honoremque edita epistola Pastoralis strenue propugnavit, non alio tamen sui Zeli successu, nisi quod novo Senatus Regii editto e sua Dioecesi pedem efferre prohiberetur, tandem ad Seminarium S. Nicolai Chartoneretum relegatus: Cum igitur hoc exilio Regisque

que Decreto ipſus Rhemos accedere, Sæc. XVIII. A. C. 1735.
 ac ſolito Provinciæ conventui intereſſe
 prohiberetur, ne ejus orthodoxia ob
 toties iterata ſanctioris Senatus decre-
 ta in ejus inſtructiones vibrata in ſuſpi-
 cionem traheretur, voluit, ut Com-
 provinciales Epifcopi de ejus doctrina
 pronuntiarent. Eo fine jam anno prio-
 ri die prima Octobris, hujus autem
 anni die prima Februarii literas per-
 ſcripſit, in quibus cunctas adverſita-
 tes, vexationes, & injurias, quas ob
 ſuas lucubrationes perpeſſus eſſet, ex-
 acte recenſebat. Demum vero die de-
 cima quinta Martii ruruſ tertiam ad
 illos dedit epiſtolam, in qua quamplu-
 rimas propoſitiones ad octo præcipuos
 articulos, qui totam doctrinæ ſuæ in
 ejus ſcriptis contentæ ſubſtantiam con-
 tinebant, redegit, ac Præſules roga-
 vit, ut deſuper ſuum ferrent judicium.
 Verum quatuor ſuæ Provinciæ Epifco-
 pi ob privatas cauſſas Rhemos ad Con-
 ventum venire renuebant, quapropter
 duos ex ſuis Vicariis Generalibus eo
 decrevit, qui libellum ſupplicem, nec-
 non ſcriptam eorum omnium, quæ in
 ſuis epiſtolis docuiſſet, deſenſionem
 porrigerent. Prælegebantur hæc Lau-
 danenſis ſcripta, atque ex quinque
 Epifcopis in hoc Conventu præſentibus
 Apamienſis & Noviodunenſis pronun-
 tiabant,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

tiabant, Laudanensis Episcopi petitioni omnino esse deferendum. Alius vero opponebat, hac ratione novam cum Regio Senatu collisionem esse pertimescendam. Denique tota hæc consultatio in id solum recidit, ut ejus doctrina vano elogio celebraretur, & cuncti adversam Episcopi vicem, & toleratas vexationes deplorarent, de ejus tamen lucubrationibus nihil decernerent: Horum indolentia Laudanensem compulit, ut ad generalia Clericorum comitia suam causam devolveret; datis ergo die primo Junii ad congregatos Præsules literis, inter alia sic effatus est: „Tam gravem molestiam ad-
„versa factio mihi facessit, ut ad ve-
„strum patrocinium, Reverendissimi
„Præsules, confugere cogar. Agitur de
„Collegio hujus Urbis, ad quod Regia
„sua Majestas Jesuitas ad preces meas
„induxit: Horum laboribus irritati
„Jansenistæ nil intentatum inausumque
„reliquere, ut eos inde expellerent,
„eisque Professores ad innovandum er-
„rorem natos subrogarent. Ex quadra-
„ginta Advocatis celebrior huc adve-
„nit, ac per quindecim dies in hac
„Diæcesi eo solo fine moratus est, ut
„suum consilium juncta ceterorum ope-
„ra ad effectum deduceret; cum enim
„factiosi in hac urbe cernerent, Missio-
„nes

„nes Apostolico Zelo fieri, sanam do-
 „ctrinam non minus prudenter, quam Sæc. XVIII.
 „docte stabiliri, innumeros, eosque A. C. 1735.
 „perniciosissimos libros fidelium mani-
 „bus eripi &c. inde sat probe prospicie-
 „bant, tam rapidos Catholicæ Religio-
 „nis progressus ipsis prælagire proxi-
 „mum suæ factionis excidium, quod
 „ut prævenirent, præfatus Advocatus
 „ideam excogitavit, ad cujus normam
 „sibi optatum perversi sui consilii suc-
 „cessum pollicebatur, ipsius quoque
 „potenti protectione fretus, quicquid
 „hanc in rem agendum esset, dirige-
 „bat: & altera post ejus discessum die,
 „postquam Missioni finis erat impositus,
 „tumultus incepit, & Urbis hujus Ma-
 „gistratui datum est classicum, ut jun-
 „ctis viribus Collegium evacuaretur,
 „Porro Magistratus pluresque Canoni-
 „ci Cathedrales nominabant sex depu-
 „tatos, qui proprio arbitrio ad Curiam
 „venere, ibidemque reclamante sanio-
 „re Capituli parte se totius Capituli De-
 „putatos esse jactitarunt, ac unacum
 „Præsidiali Curia & Universitate Pari-
 „sina Regem accesserunt, supplices,
 „ut Regia sua Majestas suum edictum,
 „quo collegium in hac urbe stabilivit,
 „revocaret. Enimvero, Reverendis-
 „simi Patres, horum molimina parum
 „pertimescerem, nisi mihi constaret,

D S

„quod

Sæc. XVIII. „quod omnes Parisienses Jansenistæ fi-
A. C. 1735. „bi persuasissimum habeant, se princi-
 „pali suo defuturos officio, nisi toto au-
 „toritatis suæ pondere horum motus
 „& ausus fulcirent, & eo facilius cer-
 „tam victoriam sibi spondent, quo cer-
 „tius sibi cognitum habent, quod eo
 „veniendi, & me coram defendendi
 „allegatasque eorum falsitates, quibus
 „regimen meum exosum reddere, &
 „plenam pacem per plures annos in
 „mea Diœcesi conservatam turbare mo-
 „liebantur, evertendi libertate spolia-
 „tus sim.

„Ubi ergo Ecclesiæ hostes ad im-
 „pugnandam Religionem tam aperte
 „conjurant, haud immerito sperare li-
 „cet, Reverendissimum Clerum eo con-
 „spiraturum, ut Episcopum, qui Reli-
 „gionem tuetur, potenter adjuvent ac
 „protegant. Si enim ex Confratribus
 „vestris quispiam reus suam causam
 „vestro subiiceret iudicio, eidem mise-
 „ricorditer subveniretis; num ergo
 „Episcopum derelinquere poteritis, qui
 „nil aliud desiderat, quam fidei puri-
 „tatem, & Episcopalis dignitatis jura
 „pro viribus tueri? Si autem Ecclesiæ
 „hostes tandem id assequerentur, ut
 „præconceptam suam in mea Diœcesi
 „stabiliendi Jansenismum ideam exequi
 „possent, considerate, Reverendissimi
 „Patres,

„Patres, quam acerba, eidem aditum
 „præcludendi remedia opponere adi-
 „gerer. Vestro igitur Zelo ac æquitati
 „confisus spero, ut a me hanc mole-
 „stiam avertere, vestramque auctorita-
 „tem apud Regiam suam Majestatem
 „eo impendere velitis, ne Ipsa, applau-
 „dentibus Novatoribus Collegium a se
 „cum tanta prudentia ac successu sta-
 „bilitum everti permittat“.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

„Nolite hanc causam considerare
 „tanquam privatum negotium; est
 „enim injuria, quam mihi accersivit
 „Religionis defensio: funestus autem
 „effectus, qui inde timendus foret, nul-
 „lus est alius, quam totalis Catholi-
 „cæ fidei ruina in mea Diæcesi, &
 „completus Jansenismi triumphus &c“.
 His ita præmissis Episcopus in eadem
 epistola, suæ doctrinæ integritatem ex-
 posuit, & simul sibi Adversantium er-
 rores detexit, perdemisse rogans, ut
 Judices sui de utraque doctrina suam
 ferrent sententiam, cui se plene subje-
 cturum spondit: Ut vero Præsules
 unico velut obtutu totam ejus doctri-
 næ summam inspicere possent, cuncta,
 quæ edidit, in synopsis redegit, sua-
 que dogmata octo hisce articulis com-
 plexus est: Exposuit igitur, se I. do-
 cuisse, quod ex jure Divino exterior,
 con-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

contentiosa, & coactiva jurisdictio Ecclesie competat II. quod Ecclesie Gallicane libertates obstare non possint, quominus dogmatica S. Sedis decreta liberum ingressum in Regnum haberent. III Quod Constitutio *Unigenitus* sit dogmaticum & Universalis Ecclesie irreformabile iudicium, cui omnes fideles corae & animo sese subiicere tenerentur. IV. Quod ea hoc in sensu sit vera fidei regula. V. Quod jactata Parisii Diaconi miracula nil nisi imposturae sint. VI. Quod Rex immediate a solo Deo suam habeat potestatem, eaque non nisi a Deo dependeat, nec Reges subditos magis fideles habeant, quam illos, qui Ecclesie vere subiecti sunt. VII. Quod doctrinae & fidei quaestiones ad forum Parlamentorum non spectent, sique harum cognitionem sibi arrogent, eorum decreta Ecclesie censuris sint obnoxia. VIII Quod Episcopis in materia fidei silentium imponendi jus nullo pacto potestati profanae competat.

Mem. 40.

Advoc. p. 2.

Postquam igitur Laudanensis Episcopus suam doctrinam ita exposuerat, mox e contrario illam suorum Adversariorum ad novem capita reduxit, asseruitque eos propugnasse. I. Quod Christus Dominus in illos, quibus clavium potestatem exercendi jus dedit, nul-

nullam vim coactivam, vel ea utendi facultatem transmiserit, sed duntaxat vel persuasionis viam, vel solum metum jacturæ animæ ac pœnarum æternorum timorem adhibendi jus concesserit. II. Quod Ecclesia ex seipsa nec potestatem vere coactivam, nec jurisdictionem externam & proprie dictam habeat. III. Quod dici nequeat, substantiam jurisdictionis externæ & contentiosæ datam esse Ecclesiæ tanquam propriam hæreditatem. IV. Id, quod proprium & publicum jurisdictionis characterem constituit, quoad omnem suum apparatus, omnemque formam exteriorum a Principe derivetur. V. Quod potestas publica nil aliud sit quam potestas sæcularis. VI. Quod jurisdic-
Sæc. XVIII. A. C. 1735.
Decret. Parl. 5. Aug. 1731
Edict. Parl. 20. Febr. 1731. p. 9. ibid. p. 12.
Ibid. p. 10.
Libell. Advoc. 152.
Decret. Parl. 20. Febr. 1731. p. 5.

les

Sæc. XVIII. les sese submittere, ac credere tenean-
 A. C. 1735. tur. IX. quod in dubium vocari non
 possit, Parlamento competere jus pro-
 hibendi, ne Constitutio *Unigenitus* Re-
 gulæ fidei characterem utpote quem ex
 sua natura habere nequit, habere ven-
 ditetur.

Decret. Parl
 39. Jan.
 1731. p. 6.
 & 19. Maij
 1733.

His expositis Laudanensis insuper
 in sua epistola vehementer expoſtula-
 bat contra duas lucubrationes, quas
 Trecensis Episcopus nuper publici juris
 fecerat: Edidit enim hic prima Julii
 anno supra millesimum septingentesi-
 mo trigesimo tertio Instructionem pa-
 storalem, & aliam anno priori die pri-
 ma Februarii: utramque Laudanensis
 apud Clerum Gallicanum in comitiis
 denuntians exposuit, Trecensem Epi-
 scopum ibidem docuisse. I. Quod fi-
 des non operetur nisi per charitatem.
 II. Quod qui renuntiat charitati, re-
 nuntiet & fidei, Christianam Religio-
 nem ejuret, Christi Scholam, id est,
 ejus Ecclesiam deserat. III. Quod cer-
 tissimum sit, nullum dari medium inter
 amorem Dei & amorem sui ipsius, seu
 inter amorem Dei, qui est charitas, &
 inter amorem proprium, qui est cupi-
 ditas. IV. Quod nostra corruptio sit
 tanta, ut nobis metipsis relictis nullum
 evitarem malum, aut non aliter evi-
 tarem, nisi nos voluntarie in aliud
 pro-

Instr. I. pag.
 99.

Instr. II. p.
 183. & 182.

Instr. I. p.
 82.

Instr. II. p.
 88.

proiiciendo. V. Denique quod specia-
 lis voluntas Dei, qua quem vult, sal-
 vare efficaciter salvet, sit fons & prin-
 cipium omnium, quæ a Deo petimus,
 sitque nostræ spei fundamentum.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Post hæc Laudanensis progr dieba-
 tur ad Montpessulani Episcopi instru-
 ctionem Pastoralem, hoc anno die vi-
 gesima quinta Martij editam, eamque
 a Clero Gallicano in comitiis genera-
 libus congregato dijudicari petebat.
 Ex ea autem præcipue annotabat te-
 meritatem Montpessulani, qua Pontifi-
 cis Breve damnare præsumpsit, *perinde*
ac si per illud miraculorum, quæ ad tumu-
lum Sancti Parisii Diaconi quotidie is ope-
ratur, veritas impugnaretur, & principia
circa impossibilitatem legis Divinæ in certis
casibus a D. Augustino stabilita refelleren-
tur, ac denique populorum inobedientiam
per inculcatam submissionem erga Romanas
decisiones foveret.

§. XII.

Denuntiationis a Laudanensi factæ
exitus.

Apostolico Laudanensis Episcopi Zelo
 optatus plane non respondit succes-
 sus; quamvis enim doctrina, quam in
 sua epistola exposuit, esset summe or-
 thodoxa,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

thodoxa, contraria vero a se denun-
tiata veritati Catholicæ recta oppone-
retur, nihilominus hæc ipsa ejus epi-
stola rursus sanctioris Senatus Regii
edicto fuit suppressa, & omnes Præsules
in comitiis congregati, quamvis
Laudanensis doctrinam constanti Ec-
clesiæ doctrinæ consonam uno ore
deprædicarent, in ea tamen defenden-
da, & vindicando Confratris sui hono-
re obmutuere, partim quod mali peri-
culum adeo præsentaneum haud esse
crederent, partim quod novo strepitu
mala augeri pertimescerent. Ut ut de hoc
sit, id certissimum est, quod Lauda-
nensis nihil satis festinatum ratus con-
tra imminentem præ foribus sacri De-
positi jacturam, evolutis vix aliquo
septimanis rursus die vigesima secunda
Julij novam ad Clerum epistolam dede-
rit, in ea Congregatos Præsules per-
quicquid sanctum sacrumque esset, eni-
xe obtestatus, ut comitia non dissolve-
rent, quin prius læsum honorem jus-
que incorrupta fide reddi curassent. Præ-
terea hujus Episcopi partes tuendas
susceperat quidam magnæ authoritatis
Vir, qui die vigesima tertia Augusti ad
congregatos Præsules literas dedit, in
quibus Religionem imminenti periculo
exponi ostendebat, nisi illius tuitionem
palam in se susciperent. Eo sine hic
Au

Auctor exacte exposuit, quam amplis Sæc. XVIII.
 progressibus error invaluerit, quam ini- A. C. 1735.
 quis iteratisque assultibus Ecclesia a
 profanis Judicibus fuerit impetita,
 quam urgentes essent rationes, quibus
 demum ad succollendam oppressam Re-
 ligionem permoverentur. Verum sur-
 dis canebatur fabula: Episcopi enim in
 piis desideriis, ac sterili bona volunta-
 te hæserunt, persuasi, prudentiæ le-
 ges dictare, ut in præsentis rerum vi-
 cissitudine tempori cederetur. Eapro-
 pter sua dissolvebant comitia, quin in
 Ecclesiæ defensionem ac favorem vel
 unicam lineolam publici juris fecissent,
 vana pollicitatione eis facta fascinati,
 fore, ut Rex, quæ ipsi provida cir-
 cumspeditione prætermisissent, majori
 auctoritatis pondere suppleturus esset.

§. XIII.

*Laudanensis Episcopi recursus ad
summum Pontificem.*

Cum ergo Laudanensis Episcopus se
 ab omnibus derelictum cerneret,
 in summi Pontificis æquitate paratissi-
 mum quærebat perfugium: mox igitur
 datis ad eundem literis totam causæ
 suæ seriem non minus exacte, quam
 fideliter perscripsit, seque in ejus fi-
 dem & clientelam totum contulit: Nec
Hist. Eccles. Tom. LXXV. E sua

Sæc. XVII.
A. C. 1735.

fua eum fefellit fiducia ; quippe Clemens Pontifex per Firaum Cardinalem, quem a secretis habuit, duas literas paternæ consolationis plenas ad eum dedit, in quibus Præfulem ob animi sui constantiam, Ecclesiasticæ libertatis studium, Zelumque Apostolicum vel maxime commendabat, certio-remque reddebat, quod ejus doctrina, quam in suis Instructionibus protulisset, non alia esset, quam ipsius Ecclesiæ. Hoc idem Pontificis judicium in Regis animo tantam obtinuit vim, ut Laudanensis Episcopus ex suo exilio aulam accedere permetteretur: Præprimis ergo Cardinalem Fleuryum adiit, eique utriusque Pontificiæ epistolæ autographum, Roma sibi transmissum exhibuit: Fleuryus cunctos apices sedulo examinans pro sua sagacitate probe prospexit, Pontificem in nudis commiserationis testificationibus haud substiturum, sed tandem extrema quæque tentaturum, ut doctissimi juxta ac piissimi hujus Præfulis, cujus famam tot iteratæ Laicorum proscriptio-nes diffamaverant, instructiones ab infamia vindicaret; Ut ergo Fleuryus Pontificis indignationem averteret, Laudanensi Episcopo spem fecerat, fore, ut plenam Regem adeundi copiam haberet, & sua scripta edendi liber-
tas

tas eidem adempta redderetur. Attamen tempus in longius ducebatur, & res in solis, iisque vanis promissis hærebatur, non sine maximo rei spiritualis detrimento; postquam enim Episcopus ad suam Diœcesin reversus erat, summo animi mœrore deprehendit, plurima scripta maximo numero in vulgus fuisse sparsa, eo periculosa, quo ex præfixo Antiffiodorensis, Sanitiensis & Montpessulani Episcoporum nomine majus auctoritatis momentum habere viderentur: Eapropter Laudanensis Episcopus, cum nullum aliud malo remedium superesse cerneret, censuit in præsentis Religionis discrimine oppido necessarium esse, ut refractarios hosce Præsules, eorumque Sectatores una omnes a fidelium suorum communione segregatos declararet, hujusque poenæ severitate suis Diœcesanis testatum redderet, quam abominanda esset horum doctrina.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. XIV.

Refractariorum Præsulum errores a Laudanensi Episcopo damnati.

Eo fine Laudanensis Episcopus die prima Aprilis anni sequentis Pastoralem instructionem promulgavit, in qua sub poena excommunicationis ipso facto

E 2

incur-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

incurrendæ omnibus suis Diæcesanis inhibuit, ne Antiffiodorensis, Montpessulani & Sanitiensis Præfulum libellos nuper evulgatos legerent, aut retinerent: postea declarabat, pro veris Ecclesiæ Filiis non esse habendos, qui a Constitutione *Unigenitus* vel appellarunt, vel eidem notorie resistebant; hos ergo omnes ceu schismaticos ac hæreticos, qui semetipsos ab Ecclesia segregassent, esse abominandos, ac propterea se illos a sua communione tandiu excludere, donec resipuerint. Enimvero in hac agendi ratione nil reprehendi posset; Laudanensis enim quoad rei gestæ substantiam nihil egit, nisi antiquissimis Canonibus & veteri Ecclesiæ usui vel maxime consonum; Universalis enim Ecclesia proprio ac recenti exemplo docuit, omnes Appellantes ac refractarios in cunctis Orbis Catholici Provinciis haberi pro membris, quæ saltem coram Deo, re ipsa ab Ecclesiæ Corpore resecta, nec amplius ejus spiritu animata essent. Nilominus eadem hæc Laudanensis Instructio idem fatum subiit, quod cetera illius scripta tulere, nempe die vigesima septima Maij suppressa fuit, & quidem edicto acerbissimis longe verbis concepto.

*Regiæ Cancellariæ edictum contra
Laudanensis Episcopi instruc-
tionem.*

Hac in re prorsus singulare est, quod quamvis Episcopus Laudanensis suam instructionem publico prelo minime commiserit, Appellantes tamen, ut huic Præsuli majorem concitarent invidiam, illam publici juris fieri curarint, ac mordacissimis annotationibus commaculaverint: Porro in tanto vexationum cumulo nil aliud huic Episcopo solatii reliquum erat, nisi quod, inæquali tamen prorsus sorte ac merito, pariter Antissiodorensis Episcopi Catechismus, necnon Montpessulani epistola & binæ epistolæ Sanitiensis Episcopi proscriptæ fuerint, promulgato sequenti Regiæ Cancellariæ decreto. „Postquam Regi innotuit, quosdam turbidi genii homines, pacisque „hostes sine typographi nomine, sine „privilegio & permissu quemdam librum „typis impressum sub titulo: *Laudanen-* „*sis Episcopi ac Principis mandatum occa-* „*sione trium in sua Diœcesi sparsorum, im-* „*pressorumque libellorum editum, divulga-* „*re præsumpsisse, hinc Regia sua Ma-* „*jestas prætensum hoc mandatum sibi*

Sæc. XVIII. „exhiberi voluit, & quamvis illud sub
 A. C. 1735. „ementito cuiusdam Episcopi nomine
 „vulgatum fuisset, Rex tamen sibi haud
 „persuadere potest, illud ex Episcopi
 „cujusdam calamo profluxisse, eo quod
 „in illo multa prorsus aspera contine-
 „rentur, & Author perruptis debita
 „moderationis limitibus ad extrema
 „quæque, invisasque expressiones pro-
 „lapsus esset: quapropter Regi omnino
 „incredibile videtur, vel unicum ex
 „Regni Episcopis inveniri posse, qui
 „contra Ecclesiæ causam adeo indignis
 „armis pugnare, schismata ex solo suo
 „nomine Religionis Cultoribus abomi-
 „nanda, non modo concitare, sed &
 „diffensionem proponere tanquam
 „mali remedium, quod tamen om-
 „nium malorum pestimum est, præ-
 „sumeret. Cum vero ejusmodi scripta
 „ex ipso speciali Auctoris scopo, ac ex se
 „ipsis proscripita sint, & ad illos, qui
 „ea refellere aggrediuntur, ad novos
 „excessus inducant, aliunde vero ti-
 „mendum sit, ne Rex ejusmodi con-
 „sultationes proscribendo librum ita
 „consutatum saltem indirecte approba-
 „re crederetur, hinc Regia sua Maje-
 „stas necessarium fore duxit, ejusmo-
 „di scripta ob seditionis notam, & do-
 „minantem independentiæ spiritum pe-
 „riculosa proscribere, ac sedulo curare,

„ut

„ut quicquid dissensionibus ansam præ- Sæc. XVIII.
 „bere possit, e medio tolleretur, cun- A. C. 1735.
 „ctisque testatum fieret, quod Rex,
 „dum Ecclesiæ auctoritatem constanti
 „immotoque studio tuetur, Regiam
 „suam potestatem unice ad id impen-
 „dat, ut sine ulla Personæ ac status
 „habita ratione reprimere valeat tem-
 „erarios illorum ausus, qui sub variis
 „prætextibus, ac diversis, iisque ini-
 „quis viis ac mediis publicam tranquil-
 „litatem perturbare moliuntur. Ea de
 „caussa Rex in suo secretiori senatu
 „præsens, ipsa rei gravitate congruum
 „remedium deposcente, præcepit, ac
 „præcepit, ut præfatum opus sub titulo:
*Mandatum Episcopi ac Ducis Laudanensis
 secundi Paris Franciæ, Comitum de Antsy
 &c. Occasione trium impressorum libello-
 rum, qui nuper in ejus Diœcesi contra ip-
 sus mandatum de anno 1733. die vigesima
 sexta Octobris circa miraculum in Selima-
 rensi urbe patratum vulgati fuere. II. Epi-
 stola Montpessulani Episcopi ad S. D. N.
 Papam Clementem XII. circa Sanctitatis
 suæ decretum de anno 1735. die vigesima
 tertia Maij promulgatum, quo prætensum
 hujus Præsulis mandatum ad rogam fuit
 damnatum, III. Binæ Epistolæ Episcopi
 Sanitiensis, & quidem una ad Episcopum
 Babiloniæ unacum ejusdem Præsulis re-
 sponso, & altera ad Dominum le Gros &c.*

E 4

sup-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735. supprimantur, & proscribantur, ac
proscriptæ remaneant, utpote ad id
collimantes, ut subditorum animi ex-
asperentur, & publica quies turbetur.
Mandamus igitur &c. Datum in san-
ctiori Regis Senatu præsentè ipsa Re-
gia Majestate sua Versaliis die vigesi-
ma septima Junii anno supra millesi-
mum septingentesimo trigesimo sexto.

*Præterea Catechismus, seu instructio
de præcipuis veritatibus Religionis Catho-
licæ, quam Antissiodorensis Episcopus
ad usum suæ Diœcesis imprimi curaverat,
a quodam Anonymo fuit confutata,
edito tractatu sub titulo: Dubia
quorundam Parochorum in Diœcesi An-
tissiodorensis Archiepiscopi circa Doctrinam
in ejus Catechismo contentas: Ast hic
ipse tractatus Regii Senatus edicto die
decima octava Decembris fuit proscrip-
tus, eoquod ad periculosas contentio-
nes fomitem subministrasset.*

§. XVI.

*Convulsionistæ promeritis pœnis mul-
tati, & varii eventus in
Francia.*

Inter hæc contra Quesnellistas & fana-
ticos Parisii Abbatis Sæctatores ac-
rior

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

rior facta est inquisitio, & quidem non modo Antiffiodori sed & Parisiis nonnulli Ecclesiastici jussu Regis ad carceres raptati fuere, eo quod contra Constitutionem *Unigenitus* turpis maledicentiæ virus largiter ac petulanter evomissent: Majori adhuc severitate Ludovicus XV. Franciæ Rex Convulsionistas, illosque, qui præfatum Parisium colebant, falsaque ejus miracula propugnabant, insequi, ac radicatus extirpare statuit. Eo fine novum erexit Tribunal, cui præcipue incumberet tam de civilibus quam criminalibus causis cognoscere, & contra noxios ac seditiosos horum motus omnem legum Regionumque edictorum severitatem exercere: Cum ergo ineunte hoc anno ex his fanaticis ferme triginta, vestes albas induti ac cruce signati unacum muliercularum turba nocturno tempore sub pietatis prætextu supplicationes circa S. Medardi cæmeterium expanso vexillo ducerent, & multa prorsus inhonesta, & turpia perpetrarent, a quodam suæ factionis Sacerdote ad præfatum tribunal delati fuere: quocirca mox per quinquaginta satellites plusquam quindecim hujus propudiosæ scenæ Actores ac Coriphæi in ferrum & vincula coniecti fuerunt: Enimvero ad Parisinam Urbem ab hac

Sæc. XVIII. hæc expurgandam hæc Judicium austeritas haud parum profecit; mox enim quamplurimi, etiam generis dignitate clari, ut tempestive promeritam poenam declinarent, provida fuga sibi consulabant; nihil quippe sagacius juxta ac timidius est conscientia mala. Hos inter quidam erat Ecclesiasticus hac peste coinquinatus, qui quinquaginta librarum millia, quæ in Convulsionistarum subsidium collecta apud ipsum erant deposita, secum abstulit, non nisi relicta domi scheda, in qua furtum suum excusaturus, scripserat, se secutum fuisse exemplum Israelitarum, qui in suo exitu ex Ægypto secum Ægyptiorum bona asportassent. Nondum tamen Quesnellitæ cessabant, falsa sui Parisiæ prodigia pro veris venditare: unde in commenti sui subsidium advocabant conjecturas, fraudes, & mendacia fingebant ergo, jam Noaillium Cardinalem legitime in hæc miracula inquisivisse, ac deprehendisse, quatuor ejus fuisse conditionis, ut pro veris prodigiis haberi possent, id testari viginti duos Parochos Parisienses, qui suam insaniam prætenso hac Archiepiscopi approbatione honestare conati essent, nec obstare hodierni Parisiensis Archiepiscopi sententiam, qua commentitia hæc quatuor miracula, fictamque eorum

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

rum approbationem ceu nullam irri-
tamque declarasset; hanc ipsam enim
sententiam a viginti tribus Parochis
fuisse confutatam, ac demum innotuis-
se, Cardinalem Noaillium non modo
inquisitione ad juris normam exacte
facta hæc miracula approbasse, sed
etiam suum iudicium publico edicto di-
vulgasse, horumque prodigiorum veri-
tatem universo Orbi comprobatam red-
dere voluisse, ab hoc tamen consilio
fuisse præpeditum, ac propterea suum
edictum cuidam Viro tradidisse, adje-
cto mandato, ut illud tamdiu clam
asservaret, donec illud promulgandi, ne-
cessitas urgeret: Verum artificiosi hu-
jus commenti falsitas adeo aperta erat,
ut prudentum nullus eidem fidem ad-
hiberet: hinc Parlamentum publico
edicto Convulsionistarum deliria dam-
navit & de eorum mendaciis ac dolis
triginta doctores consultationem publi-
ci juris fecere. Denique Parisiensis
Archiepiscopus contra miracula Parisio
adscripta novum edictum promulgavit.
Exeunte etiam Mense Junio Abbas de
Chause Regiæ Bibliothecæ-Subpræ-
fectus captus ad Bastillæ carceres ab-
ducebatur, eoquod cuprea lamina, &
picturas æri incisas suffuratus, pretio-
siores tabellas a Ludovico XIV. Rege
cot-

Sæc. XVIII. collectas ad diversorum hominum usum
 A.C. 1735. concessisset.

Sub idem quoque tempus gravi contentio oriebatur inter Sant. Simonium Metensem Episcopum, illiusque loci Parlamentum. Res ita se habuit. Episcopali Palatio annexa erat turris quædam, in qua Parlamentum a tempore hominum memoriam excedentem Archivum suum asservabat, proinde quotiescunque libuerat, eo accedere integrum esse obtendebat. Per id autem tempus suo in turrim Dominio plurimum derogari existimabat Episcopus, & propterea postulabat, ut Parlamentum quoties Archivum aperire vellet prius ab eo facultatem peteret: cuius vero Parlamenti oppositionem prospiceret, fores catenis, feris ferreis vectibus occludi iussit. Atque tamen Parlamenti Præsides ut antiquum suum jus sartum fervarent, una cum fabro ferrario ad Turrim accedere, & repagula, ac seram poste excuti jussierunt. Accurrit Episcopus, & vim vi repulsurus, Præsidem fugi abigit: Jam in eo res erat, ut Parlamenti satellites Episcopum ad carcerem raptarent: moderatione tamen utendum censebant saniores, & re maturiori deliberationi relicta, concludebant, Episcopum ad Curiam esse vocandum.

candum, ut suam agendi rationem vindicaret: cum autem Hic exemptionis beneficium opponeret, tota rei series ad Regem delata est: Hic vero hanc Præsulis intemperiem indignatus, datis ad eum acerbissimis literis præcepit, ut ipse Parisiis de suo agendi modo rationem redderet: Deprecabatur tamen pro eo Cardinalis Fleuryus, cujus suafu res ita composita est, ut Episcopus dimisso suo Episcopatu ad aliam magis tamen proventibus tenuem Ecclesiam transferretur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Aliud vicissim negotium facebatur Parisiensi Parlamento; cum enim die quinta Augusti Parisiensis Archiepiscopus pro impetranda aeris serenitate, & avertenda ob continuas pluvias frugum inopia publicas ubique preces indicere, & præsertim in sua Cathedrali quadraginta horarum supplicationem instituere, necessarium duceret, Parlamentum re comperta, ne suam toties arrogatam in res Sacras potestatem extendendi occasionem negligeret, decretum edidit, quo ejusmodi supplicationem ad præfatam diem propria auctoritate indixit: datur jamjam initium præfatæ devotioni, & confluunt ad Ecclesiam pene innumeri omnis conditionis ac status homines: Ast eodem

dem

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

dem ferme momento ad Archiepiscopum Regiæ deferuntur literæ, quibus inhibitur, ne Archiepiscopus Parlamento decretum exequeretur, sed potius supplicationem eo die haberi prohiberet, eoquod Parlamento non competeret, in res sacras, atque ad Decretum spectantes sese immiscere: Promulgato igitur Regis mandato præsentibus una omnes non sine interno animi mærore domum re infecta reverti cogebantur, hac supplicatione in alium diem juxta Archiepiscopi mandatum dilata.

§. XVII.

Provida severitas in noxios libros.

Laudabilius hoc anno Zelum suum Parisiense Parlamentum exeruit in damnandis libris noxiis; cum enim anno priori infamis quidam libellus horrendis blasphemis contra Sacratissima quæque religionis Mysteria scatens, Parisiis circumferretur sub hoc titulo: *Princeps Malabarica seu Cælibatus Philosophicus*, typis Adrianopoli apud *Thomam Franco* 1734. Parlamentum ineunte hoc anno infernalem hunc partum publice carnificis manu dilacerari ac infami igne absumi jussit. Haud remissior erat summi Pontificis vigilantissima sollicitudo.

sollicitudo, qua superstitionum, errorum, ac perversorum dogmatum Zizania, quæ subinde inimicus homo superfeminabat, ex agro Dominico eradica-
 re studuit ac præprimis die decima octava Maij per speciale decretum suppressit sententiam, quam Parlamentum contra Instructionem Pastoralem Camera-
 censis Archiepiscopi, & contra Thesin in Sorbona propugnatam pronuntiaverat. Insuper post festa Pentecostalia Pontifex epistolam Montpessulani Episcopi ante fores Templi S. Mariæ super Minervam erecto infami pegmate per carnificem comburi iussit. Pariter die vigesima tertia Maij atro carbone notabat ejusdem Montpessulani Episcopi mandatum, quo ipse proscripsit Joannis Soanen Sanitiensis Episcopi testamentum. Suppressit etiam die decima septima Augusti Peronti Jani seu Petri Janonij librum singularem *de Consiliis ac dicasteriis, quæ in Urbe Vindobona habentur.* Præterea Clemens omnis falsitatis, præsertim sub pietatis velamento occultatæ, Osor acerrimus die quinta Julii suppressit libellum, cui titulus: *Vera notitia de discrimine inter Indulgentiam plenariam a Papa Innocentio XII. Ecclesie ad S. Mariam de Angelis, & inter indulgentiam ab Honorio III. Basilicæ de Assisi concessam.* Declaravit tamen

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Vid. supra pag.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

tamen Pontifex, quod firma persistat Indulgentia ab Innocentio XII. concessa. Die autem duodecima Januarij fidelium manibus subtrahi jussit *Catechismus pro illis, qui ætate & scientia sunt maturiores.* Eadem quoque die damnavit Nicolai Hieronymi Ceppo *Scholam Mabilloniam, in qua tractantur studia, quæ Ecclesiasticis convenire possunt.* Denique die septima Septembris S. Inquisitionis Romanæ decreto liber proscriptus est cui titulus: *Veritas contra Constitutionis Unigenitus Propugnatores universi Orbi patefacta.* Jamdudum ad eliminandos feditiosos, pacis publicæ inimicos, ac Religioni noxios libros suam quoque operam ac vires impenderat Carolus VI. Imperator, qui etiam an. hujus sæculi decimo quinto die decima Octava Julii in Imperio promulgavit edictum, in cuius omnia Religioni, Principibus, Statibus & Magistratibus injuriosa scripta tanquam famosi libelli, calumniosa & maledica schedia smata fuere damnata, eaque retinere, divulgare ac legere prohibitum; quam grave autem inde negotium A catholicis Magistratibus Ratisbonensi hoc anno facesserit ejusmodi scriptum, referre ad nostrum non pertinet institutum. Denique Franciæ Rex hoc anno per sanctoris sui Senatus

tus decretum supprimi jussit libellum Sæc. XVIII.
 sub titulo: *Epistola Cabilionensis Episco-* A. C. 1735.
pi ad Laudanensem Episcopum: vicissim
 vero Parisiense Parlamentum damnavit
 aliud scriptum, cui titulus: *Detecti er-*
rores Trecensis Episcopi.

§. XVIII.

Clementis XII. Papæ epistola ad Fæ-
derati Belgii Catholicos.

Postquam Ultrajectenses Pseudo - Ca- Vid. supra
 nonici Theodorum de Croon anno pag. tom. 74.
 priori sibi in suum Archiepiscopum pro- p. 513.
 pria auctoritate elegerant, summus
 Pontifex primas eo curas intendit, ne
 Catholici in Fœderato Belgio agentes
 per schismatici hujus Præfulis sibi que
 adhærentium molimina, fraudes &
 artes ab obsequio Sacræ Sedi debito
 averterentur: Recens enim adhuc erat
 tristis memoria vexationum, quibus
 Catholici præsertim Sacerdotes a
 Barchmanno nuper defuncto Pseudo-
 Archiepiscopo oppressi fuerant; quippe
 Hic non contentus, quod exclusis or-
 thodoxis Sacerdotibus ac Parochis Jan-
 senistas subrogarit, insuper Calvinia-
 nos Belgii Ordines eo inducere molie-
 batur, ut una omnes Romano-Catho-
 licos Sacerdotes, qui arrogatæ ejus
 jurisdictioni sese subiicere recusabant,
Hist. Eccles. Tom. LXXV F vio-

Sæc. XVIII. violenter e patria excedere juberent;
A. C. 1735. probe enim sibi perspectum habebat
 Barchmannus, percussis Pastoribus facile oves dispersum, & a supremo suo Pastore avulsam iri: Verum major erat Calvinistarum æquitas, quam hujus Jansenistæ invidia; cum enim Catholicis ad Fœderatos Ordines Hagæ Comitum congregatos libellum supplicem, quam plurimis, iisque nobilissimis Viris, imo ab ipso etiam Simone Barchmanno Pseudo-Episcopi Nepote appropinque Catholico subscriptum darent, peterentque, ut suam Religionem, ut hæctenus, etiamnum sub cura Romano-Catholicorum Sacerdotum liberè exercere possent, nec schismatici Episcopi jurisdictionem agnoscere cogèrentur: Horum preces omnino æquissimas reputabant Ordines, quocirca decrevere, ut Barchmannus deinceps suam jurisdictionem duntaxat in fœderationis suæ homines exerceret, & Parochiis, quas hucusque Catholicis Sacerdotibus eripuisset contentus, in reliquas Catholicorum involare non præsumeret: Ab eo igitur tempore hic Pseudo-Archiepiscopus passim non jam Catholicorum, sed Jansenistarum Episcopus & quidem *parvæ Ecclesiæ* nominabatur; nec id immerito, cum enim hæc extra Ultrajectum, Leovardiam &

& Amphordiam Urbes sese in Belgio Sæc. XVIII.
 Foederato non extendat, ac in Provin- A. C. 1735.
 ciis Ultrajectensi & Selandia Geldria,
 Transisalana, Frisia &c. penitus igno-
 retur, proin nullatenus Catholica seu
 universalis sit, ejusmodi Episcopus
 Catholici gregis Episcopus nominari &
 esse haud potest.

Ut igitur summus Pontifex fidelem
 hunc gregem in sua fide & obsequio
 firmaret, hoc anno die decima septima
 Februarij ad Catholicos in his ditioni-
 bus agentes paternas dedit literas, in
 quibus se ex Pastoralis sui Officii debi-
 to semper pro æterna animarum salute
 vigilem hujus populi necessitatibus
 commoveri testabatur, ac propterea
 preces & lacrimas coram Deo sine inter-
 missione effunderet, ut ipsi a Sathanæ
 laqueis præservati indies magis magis-
 que in puritate fidei, & sanctæ doctri-
 næ constantia firmarentur: se quidem,
 prosequabatur Pontifex, nullatenus du-
 bitare, quin omnia, quæ a tenebra-
 rum potestatibus attentarentur, ad fir-
 mandam eorum constantiam, & extol-
 lendam virtutem conferrent, ne tamen
 paternæ suæ vigilantix deesset, potius
 gemitibus, quam verbis eis, quid age-
 re, quid omittere deberent, exponere
 compulsus esse. His præmissis refe-
 rebat

Sæc. XVIII. rebat Papa, „se non sine maximo ani-
 A. C. 1735. „mi mœrore percepisse, quosdam,
 „qui Canonicorum nomen jactant Ca-
 „pituli Ultrajectini, quod tamen ante
 „annos abhinc plures supra centum de-
 „letum fuisset, die vigesima secunda
 „Julii anno 1733. quemdam Theodo-
 „rum de Croon turbulentæ factionis
 „suæ Antesignanum in Archiepiscopum
 „suum elegisse, & quamquam sat lucu-
 „lenter ac palam scivissent, temerariam
 „hanc non minus ac nullam, æque ac
 „omnes præcedentes ejusmodi electio-
 „nes, a Sacra sede rejectam esse, eos
 „tamen curasse, atque effecisse, ut die
 „vigesima octava Octobris anno 1734.
 „Apostolica auctoritate, Sacrorumque
 „Canonum contemptis regulis præfa-
 „tus Theodorus consecraretur per dete-
 „stabilem, fraudulentam & sacrilegam
 „manuum impositionem Dominici Ma-
 „riæ Varleti Episcopi Babylonensis,
 „qui tamen jam dudum ab Episcopa-
 „lis Ordinis exercitio suspensus fuisset,
 „ejus suspensione per S. Collegii literas
 „publice denunciata.

„His ita expositis addebat Pontifex;
 „ut igitur pro nostra sollicitudine & Pa-
 „storalis vigilantia officio, rei verita-
 „tem nostramque mentem desuper vo-
 „bis notam faceremus, necnon ad Præ-
 „deces-

„decessorum nostrorum exemplum tan- Sæc. XVIII.
 „tis scandalis ac periculis opportuna A. C. 1735.
 „adhibeamus remedia, auctoritate
 „Apostolica tenore præsentium delara-
 „mus, tam electionem ejusdem Theo-
 „dori in Archiepiscopum ultrajectinum
 „fuisse irritam, ac prorsus nullam,
 „quam ejus consecrationem fuisse om-
 „nino illicitam, & execrandam, ac
 „proin ipsum Theodorum temere, nul-
 „loque jure electum omni Ecclesiastica
 „& spiritali jurisdictione pro anima-
 „rum Regimine carere, atque illicite
 „consecratum ab omni exercitio Epi-
 „scopalis Ordinis esse suspensum. In-
 „super auctoritate Dei Omnipotentis
 „præfatum Theodorum omnesque qui
 „sub falso Canonicorum Ultrajecten-
 „sium nomine ipsum elegerunt, nec-
 „non eos, qui ad detestandam ejus conse-
 „crationem concurrerunt, eidem ad-
 „dicti sunt, & adhærent, aut eis
 „opem, favorem, & consensum præ-
 „stiterunt, a communione Ecclesiæ se-
 „gregatos, & ut tales esse vitandos de-
 „claramus ac præcipimus. Manda-
 „mus propterea, districteque interdici-
 „mus memorato Theodoro sub pœna
 „Excommunicationis ipso facto sine
 „alia declaratione incurrendæ, ne au-
 „deat Pastores, Missionarios, Mini-
 „stros, aut alios quocumque nomine

Sæc. XVIII. „nuncupentur, ad Animarum curam,
A. C. 1735. „& Sacramentorum administrationem
 „quovis etiam necessitatis prætextu
 „constituere, ac deputare. Simul
 „etiam palam edicimus. & declara-
 „mus, omnes, & singulas prædicto-
 „rum officiorum deputationes pro Ani-
 „marum regimine quocumque nomine
 „factas, aut fortasse faciendas, cum
 „omnibus inde secutis, prorsus irritas
 „esse, ac nullius roboris, & momenti.
 „Rursus eidem Theodoro præcipimus,
 „& inhibemus, ne sub simili Excom-
 „municationis pœna audeat illicite Sa-
 „cramentum Confirmationis, aut Or-
 „dines conferre, aut quoquo pacto Or-
 „dinem Episcopalem, a quo suspensus
 „est, exercere.

„Vobis autem, dilecti Filii, gravi-
 „ter injungimus, ac vetamus, ne an-
 „teditum Theodorum pro vero Archie-
 „episcopo Ultrajectino habeatis, & ag-
 „noscatis, neve cum eodem ullo pacto,
 „præsertim in Divinis, communicetis,
 „aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum
 „perperam, & inaniter deputatis Sa-
 „cramenta aut Ordines accipiatis. No-
 „verit enim, qui Ordinibus initiatus ab
 „ipsis fuerit, suspensionis se vinculo
 „constrictum, atque irregularitati præ-
 „terea obnoxium, si susceptos Ordines
 exercuerit.

„De

„De cetero Deus, coram quo cor Sæc. XVIII.
 „nostrum inter gemitus effundimus, A. C. 1735.
 „testis nobis est, quam tenero, quamque
 „paterno amore Vos, Dilecti Filii am-
 „plectamur, auctoritate Apostolica de-
 „clarantes, & Dei nomine hortantes, ut
 „eodem corde, parique constantia in
 „communione Ecclesiæ perseveretis,
 „& caute ambulantes, adversus æter-
 „næ mortis pericula vigiletis, ac dia-
 „boli laqueis resistere studeatis; nul-
 „lum enim jucundius dolori nostro so-
 „latium afferre, nostramque securita-
 „tem firmare poteritis, quam si im-
 „motam subjectionem & obedientiam
 „erga decreta Apostolica exhibueritis.
 „Ac Vobis dilecti Filii, Apostolicam
 „benedictionem peramanter imperti-
 „mur &c. Ceterum Theodorus Pseudo-
 Archiepiscopus & ejus Capitulum,
 uti antea consueverant, ab hac Pon-
 tificis Constitutione, & vibrato in eos
 anathemate appellarunt.

§. XIX.

*Rituum Sinensium prohibitorum vin-
 dices a Papa repressi.*

Ad huc dum rituum Sinensium a tot Vid. supra
 Pontificibus prohibitorum Propug- tom. 70. p.
 natores in eludendis horum Constitu- 659.
 tionibus non minus foecundi, quam sa- Bull. magn.
 gaces tom. 16. p.
 110. & tom.

Sæc. XVIII. gaces erant; quamvis enim Clemens
A. C. 1735 Papa XI. per suam Constitutionem
 quæ incipit: *Ex illa die* se huic contro-
 versis finem dedisse arbitraretur, non
 deerant tamen ex illis, qui quamvis
Sancæ Sedis auctoritatem sese quam maxi-
me revereri, eidemque ceteroquin arctiori
vinculo addictos profiteantur, humili ta-
 men & obsequenti animo illius judicis
 semet subicere renuerent, sed tanquam
 inobedientes ac captiosi homines ulte-
 rius cavillarentur; ut enim exactam
 Pontificis decisionis observantiam effu-
 gerent, præprimis caussabantur, hæc
 non habere vim indissolubilis legis, sed
 duntaxat præcepti mere Ecclesiastici in
 materia disciplinæ, quod non obliget
 si in illius executione grave occurra-
 incommodum, uti discurrebat P.
 Brandolinus: Proscripto hoc effugio
 mox aliud excogitarunt, asserentes
 hanc Pontificis Constitutionem esse de-
 bilitatam per permissiones, quas super
 iisdem ritibus iidem a Carolo Ambro-
 sio Mediobarbo Patriarcha Alexandri-
 no die quarta Novembris anno 1721.
 extorserant. Cum autem idem Pat-
 riarcha satis aperte declarasset, men-
 tem suam non esse, ut quis his permis-
 sionibus promiscue ad dirigendos Neo-
 phitos uteretur, ac propterea illos non
 nisi caute, & urgente necessitate evul-
 gari

Vid. esam.
Et dif. dal
decreto da F.
Lucinop. 23.

Vid. supra
tom. 71. p.
77.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

gari vellet, eo quod non nisi maximis animi angustiis obsessus, duntaxat œconomia quadam ad loci temporisque circumstantias prorsus necessaria usus fuisset, nec unquam ad has permissiones devenisset, si rem cum Episcopis probisque Viris discutiendi libertatem habuisset, hinc Clemens XII. Pontifex, cum non sine magno animi mœrore intelligeret, quod hæ permissiones non modo contra expressam præfati Patriarchæ voluntatem fuerint evulgatæ, sed etiam nonnulli communi earum abusu venerationem atque observantiam Pontificio decreto debitam eludere, & superstitionem tories damnatam resuscitare adlaborarent, de remedio contra hos refractarios serio cogitare cœpit. Acrius autem excanduit idem summus Pontifex, dum eidem ex Sinis perscriptum erat, quosdam Missionarios harum permissionum obtentu Christiani cultus puritatem antiquis rituum superstitionibus contaminare; indeque maximam inter Missionarios dissensionem exortam fuisse, aliis contentibus, Constitutionem, *Ex illa die*: omnem vim suam amittere, si permissiones illæ in praxi consistant; alii vero factis palam ostenderent, permissionum colore se ad prædictæ Constitutionis observantiam minime teneri, juxta illa,

F 5

quæ

Sæc. XVIII. quæ in ipsa Constitutione præscribitur. Ut ergo Clemens XII. Christianæ Religionis puritatem, quæ in iis Regionibus per exactam præemoratæ Constitutionis observantiam servanda erat, assereret, & contra versus istiusmodi finem aliquando imponeret, examini perquam diligentem totum permissionum negotium commisit, ita ut illæ a Theologis, tum etiam a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacræ Inquisitioni præpositis, mature serioque discuterentur: hinc antequam supremam de illis sententiam pronuntiaret, ad pleniorum facti notitiam obtinendam, omnes, & singulos quotquot in Urbe existerent, Sinarum Missionarios, tum etiam complures juvenes, qui ex iis Regionibus in Europam, educationis, & Christianæ religionis addiscendæ causa, venerant, ad examen super his, servato juris ordine, vocari jussit, demum ex horum aliorumque relatione Pontifex compertum habebat, rituum prohibitorum vindices eo temeritatis fuisse prolapsos, ut Franciscum Peckini Episcopum adigerent, quatenus præfatæ Constitutionis observantiam ad tenorem dictarum permissionum limitaret. Horum ergo importunitate devictus Episcopus die

sexto

sexta Julii epistolam Pastoralem, & Sæc. XVIII.
A. C. 1735.
 aliam die vigesima tertia Decembris
 anno post Christum natum millesimo
 septingentesimo trigesimo tertio edidit,
 mandavitque, ut sub pœna suspensio-
 nis ipso facto incurrendæ, universi
 Diœcesis suæ Missionarij Constitutionem:
Ex illa die juxta permissiones observa-
rent, atque observari præciperent, si-
mulque Christi fideles quater singulis
annis in diebus omnium celeberrimis,
& maxime solemnibus tam in iis, quæ
Constitutione hac Apostolica prohiben-
tur, quam in his, quæ a Patriarcha
Alexandrino circa hos ritus permessa
fuere, exacte instruerentur, eo quod hæ
permissiones ad ea potissimum referan-
tur, quæ in præcitata Constitutione
fuiſſent solemniter interdicitæ: Igitur
tam audax Episcopi Pekinensis facinus,
cum Clemens XII. Pontifex æquo ani-
mo haud ferre posset, utramque illius
jam tum defuncti Episcopi epistolam
hoc anno damnavit, ac penitus rejecit,
die vigesima sexta Septembris edita hac
Constitutione.

„Apostolicæ sollicitudinis nobis di-
 „vinitus commissæ ratio nos admonet,
 „ut ea, quæ Christianæ Religionis,
 „Catholicæque fidei propagationi, ac
 „incrementis quacumque ratione obsi-
 „tere

Sæc. XVIII. „stere posse dignoscuntur, quantum
 A. C. 1735. „nobis ex alto conceditur, recidere
 „ac e medio tollere studeamus. Cur
 „itaque, sicut ad Apollolatus nostr
 „notitiam pervenit, occasione binarum
 „Epistolarum, quas Pastorales vocant
 „bon. mem. Francisci, dum viveret
 „Episcopi Pekinen. nuper defuncti, di
 „secta Julij & 23. Decembris anni 1733
 „circa Ritus Sinenses editarum, grave
 „in imperio Sinarum inter Apostolic
 „illarum partium Missionarios exort
 „fuerint dissensiones, quæ uberes fru
 „tus, quos Sancta Mater Ecclesia e
 „assiduo operariorum in illam agri Do
 „minici partem missorum labore præ
 „stolatur, impedire aut morari possent
 „nos, ut pristina inter eos Missionario
 „pax, & animorum concordia, suble
 „tis quibusvis dissidiis, restituatur, d
 „opportuno in præmissis remedio præ
 „videre volentes, ac Epistolarum præ
 „dictarum tenores, & alia quæcum
 „que etiam specificam, & individuan
 „mentionem, & expressionem requir
 „rentia, præsentibus pro plene, &
 „sufficienter expressis, & exacte speci
 „ficatis habentes, de nonnullorum ve
 „nerabilium Fratrum nostrorum Sanc
 „tæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium
 „qui jussu nostro Epistolas ipsas sedulo
 „ac diligenter examinarunt, consilio

„ac etiam motu proprio, & ex certa
 „scientia, & matura deliberatione no-
 „stris, deque Apostolicæ potestatis
 „plenitudine, binas memorati Francif-
 „ci Episcopi Pekinentis Epistolas Pasto-
 „rales præfatas, ac pœnas, & alia
 „quæcumque in eis contenta, cum
 „omnibus & singulis inde secutis, &
 „forsan quodocumque secuturis, pe-
 „nitus, & omnino nulla, invalida, &
 „irrita, nulliusque prorsus roboris, &
 „momenti esse, & perpetuo fore, te-
 „nere præsentium declaramus: & ni-
 „hilominus, ad maiorem cautelam,
 „& quatenus opus, illa omnia, & sin-
 „gula motu, scientia, deliberatione, &
 „potestatis plenitudine paribus, harum
 „serie itidem perpetuo revocamus,
 „cassamus, irritamus, annullamus, &
 „abolemus, viribusque & effectu peni-
 „tus, & omnino vacuumus, ac prore-
 „vocatis, cassatis, irritis, nullis, in-
 „validis & abolutis, viribusque, & ef-
 „fectu penitus, & omnino vacuis sem-
 „per haberi volumus: Nobis insuper,
 „& Apostolicæ sedi reservantes faculta-
 „tem Christi fidelibus in eodem Regno
 „degentibus aperiendi nostram, & dic-
 „tæ Sedis mentem, post maturam iti-
 „dem habitam deliberationem, super
 „aliis rebus, quæ hujusmodi mate-
 „riam respiciunt.

„Decer-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

„Decernentes ipsas præsentis lit-
 ras semper firmas, validas & efficaci-
 „existere, & fore, suosque plenarie
 „& integros effectus sortiri, & obtinere,
 „re, & ab omnibus, & singulis,
 „quos quomodolibet spectat & pro tem-
 „pore quodcumque spectabit; præ-
 „sertim vero Archiepiscopis, Episcopi-
 „pis, Vicariis, Pro-Vicariis, & Mis-
 „sionariis Apostolicis tam sæcularibus
 „quam cujusvis Ordinis, Congregatio-
 „nis, Instituti, & Societatis, etiam
 „Jesu Regularibus in suprascripto Si-
 „rum Regno nunc & pro tempore ex-
 „istentibus, inviolabiliter, & incon-
 „se observari“.

Hæc cum Romæ circa hos ritus
 cernerentur, funestus plane Nuntius
 Milione Indica ad Papam deferebat
 res ita accidit; Florebat in Indiis Ori-
 entalibus quædam Colonia seu plani-
 tia dicta *Conceptionis Colonia*, Chuir-
 nanis, genti non minus numero, qua-
 morum feritate insigni subjecta. Ejus-
 populi a longo tempore Catholicam
 dem amplexati Divinum cultum sum-
 mo fervore ac pietate celebrarunt; In-
 micos tamen habebant Ingrorum popu-
 los, qui densis infidelitatis tenebris ob-
 fuscata jam dudum Catholicorum Co-
 loniam funditus devastandi consilia
 cept

cepere: Eo fine die sexta Maij hujus ^{Sæc. XVIII.}
 anni magno numero ad arma concla- ^{A. C. 1735.}
 mant, classicum canunt, per montium
 & jugorum ardua sensim propius ad
 Coloniam procedunt, quin vel obscura
 de infesto eorum accursu notitia habe-
 retur: Ita hoc successu minime impro-
 spero elati, toto imperu in imparatos,
 nilque mali suspicantes irruunt, & re-
 pentino terrore Neophytos pene exani-
 mant, obvios quosque trucidant, ce-
 teros dispergunt, & omnia uno mi-
 scent interitu; demum vero continuata
 rabie in Templum velut lymphati in-
 volant, precibus intentos nullo sexus
 ætatis aut conditionis habito respectu
 promiscua cæde delent, & Patrem Ju-
 lianum Lizardium, qui tum in Altari
 rem Sacram peragebat, indomitis fu-
 riis aggrediuntur, ab ara violenter ab-
 strahunt, ac vinculis ligatum extra
 Ecclesiam raptant, crudeliori suppli-
 cio reservatum. Postea in lapides,
 Ecclesiæ ornatus, Sacrasque imagines
 sæviunt, & Thaumaturgæ Virginis
 Mariæ statuam capite truncant, Tem-
 plum deprædantur, devastant, ac de-
 nique incendio delent, puerum vero,
 qui ad altare serviebat, Sacritiæ inclu-
 dunt, ut vivus combureretur. Nondum
 tamen satiata erat eorum feritas: no-
 bilior enim inhumani furoris victima ad-
 huc

Sæc. XVIII
A. C. 1735

huc supererat P. Lizardius Vir Apostolicus; hunc ergo manibus pedibusque ligatum per integram leucam extra Coloniam raptant, rupi vicinæ appendunt, sagittis confodiunt, ac demum ejus corpus in frustra conscissum sacrilega ingluvie devorant. Ast horum Martyrum Sanguis, Christianorum erat seminarium; eodem enim adhuc anno P. Fouquei Missionarii Zoulo Guyonæ Palicuri incolæ fidem Catholicam magno numero profitebantur.

§. XX.

Sinensis Imperatoris obitus, ac Religionis Status sub ejus Successore.

Præter hæc controversias inter Missionarios agitatae ac Religionis Catholicæ incremento multum nocivæ extremum illius excidium promovebant odio & invidia Mandarinorum; Hi enim sparsis in Catholicos calumniis, falsoque impactis criminibus Imperatoris animum tantopere exasperabant, ut aliunde juratus Christianæ Religionis Hostis, omnibus Viris Apostolicis ex universo Imperio depulsis desertos Christianos vario tormentorum genere exterminare decerneret: pauci erant, qui

qui in fide constantes, cum tormentorum vi succumbere vererentur, ad abstrusissimas alpes & montes confugere poterant, ceteris nullo alio solatio relicto, nisi ut constantiæ suæ præmium per martyrii gloriam in cœlis expectarent, ac a Missionariis clam Macao in Chinam redeuntibus in fide & Sacramentorum usu quandoquæ corroborarentur. His tot calamitatibus superventuri leniminis spes affulgere videbatur, dum Imperator Juntschin seu ut alii scribunt, Yon Techim nocte, quæ septimam ab octava Octobris diem intersecat, anno ætatis suæ quinquagesimo tertio, & regiminis decimo tertio sævire simul & vivere desit: Erat quidem Princeps artium gubernandi minime ignarus, totoque Regiminis sui tempore publicæ rei curis assidue, gnæviterque intentus, Religionem tamen Christianam acriter & constanter infectabatur: Successerat defuncto ex ultima Patris sui voluntate Kien-lung quartus ejusdem Filius, qui Patre suo natura mitior, mox sese erga Europæos magis humanum exhibuit; jam dudum enim cum quodam Laico Fratre Josepho Castiglione Pictore familiariter agebat, ab eoque pingendi artem, qua summopere delectabatur, didicerat: sub primis etiam Imperii sui auspiciis

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. G Jo-

Sæc. XVIII. Josephum ex Regia Familia Principem
A. C. 1735. Religioni Catholicæ addictissimum
summis Regni negotiis officiisque
movit: pariter a novis Missionariis
Europa adventantibus munera recep
allata gratanter acceptavit, eisq
Sinica reddidit: Hoc singularis ben
volentiaë signum brevi exceptit in
spectata prorsus gratia, qua Missio
riis Domos & Collegia, e quibus
puli fuerant, restitui jussit, eisq
misit, ut Missionarii Pekinenses Te
pla antehac Cantone & alibi posse
denuo aperirent, legem Christianam
palam prædicarent, atque in labor
Evangelici subsidium tot Viros Aposto
licos, quot necessarios fore censeret
Macao in Regnum advocarent: In
per etiam quosdam Regni Proceres
Tunkingi castigari præcepit, eoq
Christianos regnante Imperatore
functo, tam inhumane vexasse
Opportune quoque advenerant
Missionarii in Astronomicis & Math
maticis scientiis apprime instructi, qu
novus Imperator, utpote scientiarum
artiumque cultor & fautor eximia
singulari benevolentia exceptit. Quo
niam vero nondum Patris sui decre
ta contra Catholicos promulgata revoca
set, Mandarinum, quos Imperator
Clementia male habuit, Christianos
om

omni injuria atrociter infectari decre-
 vere, ac conjuratione inter se facta,
 contra Christianam Religionem ejus-
 que sectatores libellum supplicem in
 Catholicos, eorumque sacra iniquissi-
 mum, falsisque accusationibus & ca-
 lumniis refertissimum obtulere, non si-
 ne maximo rei Christianæ damno; Ju-
 venis enim Princeps vix viginti quin-
 que annos natus, cum Mandarinorum
 violentiæ malisque artibus resistere aut
 non posset, aut non vellet, eorum su-
 furris faciles nimium aures adhibuit,
 Patrisque sui vestigiis inhærens, Re-
 ligionis exercitium denuo inhibuit.
 Enimvero Missionarii inique sibi impa-
 ctas calumnias meridiana luce clarius
 refellebant, nullus tamen erat ad Im-
 peratorem accessus, nec quisquam sup-
 plicem illorum libellum eidem offerre
 audebat: Spes unica eis erat re-
 posita in præfato Pictore, qui solus
 Imperatorem adire permissus, eidem
 scriptum hoc obtulit, quo recepto le-
 ctoque Princeps respondit, se non Si-
 nensibus, sed Tartaris duntaxat mili-
 tibus suis Europæorum Religionem in-
 terdixisse. Hac spe ac benevolentia
 freti Missionarii primum Pekini cultum
 publicum restaurarunt, non nisi tamen
 cum magna circumspectione, ne id,
 quod maxime loco gratiæ haberi de-
 buit,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

buit, aut intempestiva libertate, aut Mandarinorum æmulatione atque invidia denuo penitus amitteretur; dissimulabatur tamen, ut festivis diebus in tribus præcipuis Ecclesiis plusquam novem Catholicorum millia concurrerent; sensim quoque Missionarii, qui de die in naviculis aut latebris hærebant absconditi, nocte mutato tamen habitu caute prodibant, ut captivis Christianis sacræ doctrinæ pabulo succurrerent. Insuper Imperator Principes Sunicos, quos ejus Pater dignitatibus, & opibus spoliatos Furdam in exilium detruferat, ac in carceribus & vinculis dire vexaverat, libertati pristinæ restituit, eorum tamen bonis & dignitatibus exutos reliquit: quapropter omnium rerum inopes miseram Pekini vitam agere coacti, id unicum solatii habebant, quod eis non deessent Sacerdotes, a quibus opportunius Sacramenta recipere, & ad Religionis suæ exercitia incumbere possent. Porro his initiis Religio Catholica saltem Pekini reflorescere videbatur, brevi tamen uberioris incrementi spes concepta evanuit; cum enim Imperator aliundè inconstantis, levisque animi Juvenis, voluptatum illecebris, mollisque vitæ commodis ac vanitatibus liberalius indulgeret, sepositis Imperii curis se
Regni

Regni Primoribus, quos ei Pater com-
mendaverat, totum permisit. Hi au-
tem a Mandarinis stimulati, confirma-
tis Juntschii decretis in Christianorum
excidium latis, eosdem in variis Pro-
vinciis crudelem in modum perseque-
bantur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. XXI.

*Wormatiensis contentio de quadam
diruta Catholicorum Ecclesia.*

Jam a tempore memoriam hominum
excedente Wormatienses Canonici
ad S. Andream Parochialem Ecclesiam
ad S. Magnum possederant; illam ta-
men iniquo illo tempore, quo sua Ca-
tholicis eripiendi cupiditas erat novi
Evangelii tessera, Wormatienses Lu-
therani ab anno Christi millesimo quin-
gentesimo vigesimo sexto sibi vendica-
runt. Reclamabant quidem continuo
acriterque Canonici, jusque suum
contra apertam vim quantis viribus
possent, tuebantur, operam tamen lude-
bant; quippe Lutherani fautorum po-
tentia elati tunc non justitiæ leges, sed
suam duntaxat sequebantur conscien-
tiam, quam tamen juxta proprium
arbitrium & commodum plerumque
metiri solebant: hanc ergo Ecclesiam
sibi solis attribuunt, possident, ibi suæ

Sæc. XVIII. sectæ cultum invehunt, & usurpant
A. C. 1735. usque ad annum Domini millesimum
 sexcentessimum octogesimum nonum,
 quo potissima Urbis pars fervente Gal-
 lorum bello in cineres resedit: Pari fa-
 to involvebatur memoratum quoque
 Templum, in quo, cum præter nu-
 dum solum vix quædam mœnia essent
 relicta, haud amplius Lutheranae Re-
 ligionis cultus habebatur: nec sequen-
 tibus annis hæc Ecclesia fuit reparata,
 sed a Præconibus derelicta ac penitus
 in profanos usus destinata fuit, quippe
 a Magistratu asseribus tecta, demum
 in sænile convertebatur. Nec tamen
 propterea Canonici jus suum in hunc
 locum persequi cessarunt, sed contra
 ejusmodi innovationem, ac continua-
 tam usurpationem sæpius protestati
 sunt: demum jura sua in dirutam
 hanc Ecclesiam Jesuitis haud ita
 pridem in Urbem receptis solemniter
 cesserunt. Hi ergo, quod jam suum
 erat, sibi asseri petunt, & jure experi-
 ri tentant, sed repulsam ferunt: am-
 cam postea pactionem, ac denique præ-
 sentem pecuniam offerunt: obfirmatos
 non movent, nihil obtinent, & quid
 multis indignè repelluntur, caussanti-
 bus Lutheranis, hanc Ecclesiam cedi
 non posse, eoquod ex iis, quas ipsi
 Catholicis in Urbe abstulissent, prima
 proin

proin nobilissimum Evangelicæ violen- Sæc. XVIII.
 tiæ trophæum esset, aliunde vero a A. C. 1735.
 Magistratu conclusum esse, nullam un-
 quam Jesuitis publicam in Civitate Ec-
 clesiam permittere. Cedendum igitur
 erat aliquamdiu temporis iniquitati, &
 sectariorum pertinaciæ: magis tamen
 propitia, quod æquum justumque erat,
 impetrandi occasio offerebatur, dum
 bellum adversus Cæsarem ad Rhenum
 constitit; tum enim Gallorum copiæ
 WORMATIAM occupaverant, constituto
 Urbis Governatore Marefcallo ac Comite
 de la Val-Mommorency, qui hanc
 Ecclesiam pro frumentatione, ac mil-
 tati annona destinabat: Hunc ergo
 supplices adeunt Jesuitæ, ut ipse sua,
 qua polleret auctoritate Magistratum eo
 inclinaret, ut hunc locum ipsis debi-
 tum Divino cultui sacrari permitteret.
 Æquissima Governatori videbatur ho-
 rum petitio, quocirca primo apud Ma-
 gistratum civesque precibus instat, ut
 hunc locum antiquo jure Catholicis de-
 bitum, nunc vero derelictum, ruinæ
 proximum, nullique ferme usui ido-
 neum, oblato saltem pretio, Jesuitis
 cederent: Verum spe sua frustratus,
 cum neque expositis rationibus, ne-
 que adhibitis precibus quicquam apud
 Lutheranos efficeret, die octava Julii
 Magistratui præcepit, ut Ecclesiam ad

Sæc. XVIII. S. Magnum, dirutam, atque profana-
 A. C. 1735. tam Jesuitis traderet: Ad hæc reposuit
Magistratus, sibi firmum jus in illam
 ex pace Westphalica esse, proin abs-
 que consensu inclyti Corporis Evange-
 lici a se illam alienari non posse, Gu-
 bernatorem quidem eam pro suo arbi-
 trio posse eripere, nunquam tamen
 Magistratum fore consensurum. Ac-
 cepto hoc responso Gubernator, qu-
 hucusque ex singulari benevolentia
 suos ab omni militari licentia sedulo
 coercebat, jam milites pabulatum ad
 Urbis agros emisit, hortos asseribus
 nudari, & nequidem vineis parci ju-
 lit: Sic tandem, quod clementia ad
 precibus non poterat, id per illatam
 calamitatem extorquere nitebatur: An-
 nuit ergo Magistratus, locumque pacto
 pretio Jesuitis relinquere pollicetur: ne
 vero quæsito prætextu fidem datam
 falleret, Gubernator scriptam renun-
 tiationis Jesuitis factæ formulam præ-
 bet, quam altero mane a Magistrato
 & civibus subscribi, ac solemniter fi-
 dem obstringi jussit, se prætenso in
 hanc Ecclesiam juri in perpetuum re-
 nuntiaturus, nec eandem apud Cæsa-
 ream Majestatem, vel Imperii comitia
 repetituros, sed palam professuros,
 quod nullo unquam tempore illam jure
 possedissent: Ast hanc conditionem in-
 ire

ire constanter detrectabant septendecim Sæc. XVIII.
 civium tribus, seque potius mortis A. C. 1735.
 supplicium perpeffuras quam in Ecclesiæ
 cessionem consensuras agebant. Harum
 repulsa Gubernator, ceteroquin in cive
 oppido benevolus, tam impotenti ira
 commovebatur, ut in illos non una oc-
 casione indignationis suæ vehementiam
 effunderet: Porro Magistratus iteratis
 literis pro more suo *Corporis*, ut vo-
 cant, *Evangelici* aliorumque Principum
 Protestantium opem implorabat; unde
 Jesuitæ in turbido hoc rerum statu suæ
 Ecclesiæ possessionem inire, haud con-
 sultum censebant; urgente autem Gu-
 bernatoris mandato Ecclesiæ fores fera
 pensili claudunt, ac demum die secun-
 da Augusti Magistratui denuntiant, se
 altera die hora decima matutina Ec-
 clesiæ ad S. Magnum possessionem re-
 cuperaturos, proin Magistratus vel per
 se, vel per deputatos adesset: Interce-
 dit protinus Magistratus, nec unquam,
 etsi rogatus, comparet: nihilominus
 præstituta hora Jesuitæ Ecclesiam in-
 grediuntur, illiusque possessionem con-
 sueta solemnitate capiunt, præfente
 Notario publico, & Canonicis ad S.
 Andream, qui cessionem factam con-
 firmarunt. Re comperta Magistratus al-
 tera die apud Franciæ Marefcallum
 Coygnium de Gubernatore vehemen-
 ter

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

ter queritur, atque adversus gesta per
Notarium & testes scriptotenus inter-
positam intercessionem Jesuitis tradit,
qui tamen in responsis dederunt, Gu-
bernatores desuper rationem redditu-
rum. Interim vero Ratisbonenses Le-
gati nullum non movebant lapidem, ut
illos Principes Protestantes, qui suos
Oratores in Franciæ Regis Aula ha-
bent, eo adigerent, quatenus Regem
ad revocanda Gubernatoris mandata
inducerent. Præprimis vero rem ur-
gebant Hollandi & Borussiæ Rex, cujus
Minister Comes de Chambrier apud
Regii Sigilli Custodem nomine sui Re-
gis præsentem Wormatiensis Urbis sta-
tum, Religionis Lutheraniæ pace West-
phalica stabilitæ oppressionem, immo-
dicasque exactiones civibus impositas
flebili facundia exposuit, tantumque
effecit, ut Regius Sigillifer ei respon-
deret, Franciæ Regem sese Religionis
controversiis, & Urbium in præsentibus
bello Gallicis armis subactarum juri-
bus nullatenus ingerere, sed omnino
velle, ut omnia in pristino statu sine
cujuscunque Religionis præjudicio re-
linquerentur, circa exactionum autem
moderationem, expectandam Regii
Senatus sententiam, interim vero ne-
cesse esse, ut Regis copiæ impensis eo-
rum, in quorum ditionibus agunt,

ale-

alerentur. Hæc Boruffiæ Legatus die Sæc. XVIII.
 vigesima nona Augusti ad Regem suum A. C. 1735.
 perscripsit, ac ipsemet Franciæ Regis
 Orator Marchio de la Chetardie Boruf-
 siæ Regi significavit, Coignyum Ma-
 rescallum re maturius perpenſa Guber-
 natori injunxiſſe, ne huic negotio ul-
 terius ſeſe immiſceret, hocque Mare-
 ſcalli mandatum a Rege ratum fuiſſe
 habitum, hanc ergo cauſſam in Civita-
 tis favorem plene conſectam eſſe. Hoc
 reſponſo freti Ratiſbonenſes Principum
 Proteſtantium Oratores Wormatienſi
 Magiſtratu præceperunt, ut priſtinam
 Eccleſiæ poſſeſſionem ſibi vendicare ni-
 terentur; eapropter Jeſuitæ, poſt-
 quam die undecima Octobris Gallorum
 copiæ Urbe exceſſerant, altera die ſer-
 am poſte clam excuſſerunt, atque Ec-
 cleſiam denuo apertam reliquere: quo
 factò Magiſtratus eandem appoſita ſera
 denuo occluſam ſibi vendicavit.

§. XXII.

*Augustus III. Saxonice Elector a
 Clemente Papa Rex agnitus.*

Interim Dantiſcum, quo Stanislaus
 Leſzincſkius confugerat, a Ruſſis,
 & Saxonibus arcta obſidione cingeba-
 tur, fuſis autem Gallis, qui laboranti
 urbi ſuppeticas ibant, Gubernator die
 vige-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

vigesima sexta Junii anni prioris de vis
tionem facere compulsus est. In co mu
ditionibus erat, ut Stanislaus Rus bi
rum manibus traderetur: cum aute tus
hic pridie sub rustici habitu clam pep
Urbe Marioverdani aufugisset, Dant Sta
cani suæ Civitatis deprædationem e eo
cidiumque copioso ære redimere, & nes
secunda Augusti in manibus Joann in
Lypsky Cracoviensis Episcopi ac Cr effi
cellarii fidelitatis Homagium Augu tiar
III. tanquam Poloniæ Regi exsolve Pri
cogebantur: Ab eo temporis articu pre
illi Magnates, qui in Stanislai far ren
rem nonnunquam tumultuario mil mit
Cracoviam aliasque Urbes intercipe mit
moliebantur, semper non sine mag gar
suorum clade repressi, atque e Polon par
propulsati fuere: inde vero Augusti sum
Rex plenam nactus solii sui firmitate &
die vigesima prima Novembris Var sua
viæ cum ingenti Nobilium, civiumq tur
applausu ac festiva acclamatione ex nih
piebatur: Paulo post Kiovskyus, Czæ præ
schienensis Palatinus, Josephus Potokyo eos
Kioviensis Palatinus, imo ipse Prim ma
septuagenarius, deprecante pro dec
Russorum Imperatrice, & summo Pat
tifice, qui hunc Præsulem a Rus ut
captum detineri ægerrime ferebat, tior
ferme omnes Poloniæ Magnates in Ar pot
gusti Regis partes discesserunt. Quam tis

vis autem Stanislai vires ubique plurimum accisæ essent, pauci tamen Nobiles adhuc extremos adhibuere conatus, nullique nec periculo nec labori pepercerunt, ut quovis modo perditam Stanislai fortunam restituere possent. eo fine frequentes habent consultationes, in quibus deliberatum, quid hanc in rem magis expeditum, magisque efficax esset: in hanc demum sententiam abiere omnes, ut literis ad omnes Principes missis, eorum studia, deprecationes, arma & auxilia implorarentur: Præprimis ergo Parisios Comitem Ozarovskium, & Romam Comitem ac Abbatem Zaluskyum ablegant, & præ ceteris Clementem Papam, quem Stanislao minime adversum noverant, precibus, rationibus, & copiosa obtestationum improbitate suas in leges ac vota pertrahere nituntur: Ast hic, cum in tanta seditione nihil negotii habere, sed medium se præstare vellet, nil aliud egit, nisi ut eos ad pacem, obsequiumque magis magisque hortaretur, eisque palam declararet, se communem omnium Patrem esse, proin nullatenus decere, ut ad unius potius quam alterius rationes sese temere adjungeret, sed potius sequendam esse securam æquitatis cynosuram: Hoc consilio factum, ut

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

ut Pontifex supplicantium non m
dignitati & tempori, sed & patriæ
quillitati plurimum consulere, pac
que tot votis exoptatam Poloniæ
gno restitueret: Enim vero ad tam
lubre opus ipsemet Augustus Rex
nem suam auctoritatem, viresque
junxit; præprimis enim plenam
teritorum oblivionem, veniamque
mulgari iussit, & regni comitia, in
bus de firmis reddendæ pacis m
ageretur, indixit, ac denique di
Romanam inter & Poloniam Aulan
dum suborta penitus tolli voluit.
propensam Regis voluntatem,
Pontifex intelligeret, & Augustus
ceteris omnibus ferme Principibus
gem Poloniæ salutari nosset, ad
lutium jam antea in hac Aula Nun
Apostolicum literas dedit, injun
que, ut Varsoviam, unde a prin
turbarum discesserat, protinus red
& Augustum de paterna Pontificis
nevolentia certiolem redderet.
rim de pace inter Cæsarem & G
ineunda serio coeptum erat; ver
tur tota difficultas in vindicando
nislai honore. Eo fine Franciæ Rex
erotum & Baunium Legatos Vien
decrevit, ut cum Ministris Cæsa
rem ita tractarent, ut Stanislao
honor, & Franciæ emolumentum

staret. Præprimis igitur sanciantur Sæc. XVIII.
armorum induciæ, & proponuntur A.C. 1735.
Viennæ pacis articuli, quos *prælimi-*
nares seu fundamentum pacis vocant:
tandem utrinque in has leges, quate-
nus Poloniam & Stanislaum concer-
nunt, convenitur I. Stanislaus Regis
Galliæ focer tanquam Rex Poloniæ &
Dux Lithuanix agnoscat, titulum-
que gerat, coronæ tamen renuntiet.
II. Eidem cedatur ducatus Barrensis,
prout a Ducibus Lotharingiæ fuit pos-
sessus. III. Vicissim Domus Lotharingi-
ca obtineat magnum Ducatum Floren-
tiæ post obitum Magni Ducis, & tunc
Stanislao ad dies vitæ relinquatur uter-
que Ducatus Barri & Lotharingiæ,
qui eo defuncto in perpetuum uniat
Regno Gallico, quin tamen vel Rex
vel Stanislaus *Sessionem & votum* in co-
mitiis Imperii habeant. IV. Augustus
III. Saxonix Elector ab omnibus, qui
huic transactioni sunt accessuri, agnos-
catur Rex Poloniæ & Dux Lithuanix.
His articulis probe firmatis, Augustus
Rex sui electionem Comiti de Lagnas-
co suo apud Pontificem Oratori, nec-
non Cardinali Hannibali Albano Po-
lonix Protectori significavit, adjectis
litteris, quas ambo Clementi Papæ tra-
dere jubebantur: Accepto hoc nuntio,
Clemens Pontifex sine ulla mora Au-
gustum

Sæc. XVIII. gustum tanquam legitimum Poloniæ
 A. C. 1735. Regem venerabatur; ac propterea die
 decima septima Januarii ad eundem li-
 teras gratulatorias paterni amoris te-
 stes perscripsit, ad quas vicissim Rex
 datis ad eundem literis filiale obse-
 quium ac venerationem palam profite-
 batur: Porro mutuæ hujus amicitie
 auspicia faustum erant firmæ reconci-
 liationis augurium; præprimis Ponti-
 fex Nuntio suo in mandatis dedit, ut
 constanter apud Regem permaneret,
 & quæ sui muneris essent, solerter tran-
 sfigere curaret, demum vero a Rege
 enixe peteret, ut hic Catholicæ Reli-
 gionis causam ac patrocinium in se sus-
 ciperet, & dolosos hæreticorum cona-
 tus fortiter propulsaret, & potenter
 everteret. Nec plane suis partibus de-
 fuit Paulutius; ejus enim prudentie
 ac dexteritati debetur, quod Rex fidei
 Catholicæ incrementum sollicite pro-
 moverit, ac veterem molestamque
 controversiam, quæ Poloniæ Reges ob
 præntum plurium Abbatiarum Juris
 patronatum a sede Apostolica segrega-
 verat, prudentissime diremerit: Rex
 enim ex communi Procerum sententia
 Sandomiriensem Palatinum nominabat,
 ut hic unacum Pontificis Nuntio omnes
 lites Apostolicæ Sedi hucusque motas
 penitus tollere niteretur. Horum igitur

tur consilio res ita composita est, ut ex Sæc. XVIII.
A. C. 1735.
 controversis Abbatiis duntaxat tredecim cum plena ad eas nominandi facultate Regi, ut loquimur, commendarentur, cum aliunde maxima earum pars jamjam in commendam fuisset attributa.

§. XXIII.

*Hofii Episcopi Posnaniensis epistola
 Pastoralis ad Confessarios.*

Cum in Poloniæ Regno politica tranquillitas tam secundis Augusti bellis quam publica inter Belligerantes pace feliciter fuisset reddita, pariter Poloni Præfules conscientiæ quietem inter subditos suos firmare adlaborabant; non levis enim contentio adhuc fervebat inter Ecclesiasticos. Ea oriebatur ex juramento, quod Potokius Regni Primas ante Regis electionem de eligendo in Regem eo, qui ab utroque Parente Catholico in Polonia natus esset, ab Electoribus exigebat. Illos enim, qui in Augustum Saxonem sua contulerunt suffragia, vel postmodum electo fidei homagium præstitere, quidam Confessarii adversæ factioni adhucdum adhærentes tanquam perjurii reos habebant, eisque absolutionis gratiam denegabant, eoquod Principi

Hist. Eccles. Tom. LXXV. H pem

Sæc. XVIII. pem (uti obtendebant) contra jur-
 A. C. 1735. tam fidem nec in Polonia natum, ne
 natione Polonum elegissent: Inde ven-
 non infrequens inter Ecclesiasticos
 tercatio, animorum averfio, atque ei-
 gentium conscientia commiffi perjur-
 timore plurimum turbata: cum aute-
 in Polonia ab illis, qui Augusto Re-
 favebant, maximo applaufu recep-
 fuiffet consultatio Romana quorundam
 Theologorum, qui hoc juramentum
 omnino invalidum, irritumque esse
 monstrabant, hinc præ ceteris Hol-
 Pofnaniensis Epifcopus ad Diæceſis
 Confefſarios & ad univerſum Clerum
 hac ſuper re epiftoſam Paſtorales emiſit
 dit hujus tenoris: *Stanislaus Joſephus*
de Bezdán Hoſius, Dei Sedisque Apoſto-
licæ gratia Epifcopus Pofnaniensis
Univerſo tam ſæculari quam Regulari Clero
noſtræ Diæceſis necnon R. R. Patribus Sa-
cietatis, noſtris in Chriſto dilectis Gra-
tiam in Domino.

„Cum ſacra Exomologefis a Chriſto
 „Domino in ſacrum animarum proventus
 „tum, & ad fidelium utilitatem ac be-
 „num, ut a ſuis peccatis ſoluti, ac Deo
 „reconciliati dona & gratias ad æternam
 „nam vitam proficuas confequantur
 „inſtituta ſit, ita nil magis neceſſarium
 „eſt, niſi ut Confefſarii atque ad ab-
 „min-

„ministrandum Pœnitentiæ Sacramen- Sæc. XVIII.
 „tum ordinati illud pro salutari insti- A. C. 1735.
 „tutione illorum, qui debita devotio-
 „accedunt, cum omni diligentia, &
 „requisita attentione seclusa omni pas-
 „sione præpostera ex sinistro privatoque
 „iudicio exorta administrent, non au-
 „tem temporale lucrum respiciant, mi-
 „nus vero pœnitentes perturbent, vel
 „infamiæ (quod aliunde S. Canonibus
 „sat luculenter prohibitum est) nota
 „perstringant. Eapropter ad sacrum
 „conscientiæ tribunal vocati Judices
 „diligenter attendant, ut suos pœniten-
 „tes duntaxat de peccatis venialibus
 „ac mortalibus examinent, & pro gra-
 „vitate ac conditione culpæ eis absolu-
 „tionem vel impertiantur, vel ad tem-
 „pus differant, vel exigente casu de-
 „negent, nullatenus autem suis pœni-
 „tentibus scrupulos ingerant, quibus
 „timorati conscientiæ irretiantur ac
 „perturbentur, simulque publica pax
 „evertatur. Cum autem nobis nun-
 „tium esset, quod quidam Confessa-
 „rii, sui status ac vocationis immemo-
 „res, suisque passionibus abrepti Judi-
 „ces, dum Pœnitentiæ sacramentum
 „præcipue militibus ac Nobilibus ad-
 „ministrant, eisdem inculcare præsu-
 „mant, quod præstito suo juramento
 „teneantur, proin illius, quem se electu-
 „ros

H 2

„ros

Sæc. XVIII. „ros jurassent, parti adhærere ad
 A. C. 1735. „stringantur, ac propterea illis, qu
 „Serenissimum Augustum III. pro legi
 „timo Rege habuerunt, ab ejus studi
 „absterrere, eisque utpote perjuris ab
 „solutionem denegare teneantur. Ve
 „rum ejusmodi Confessarii non perpe
 „dunt, hoc juramentum per special
 „decretum Curiaë Romanæ juxta The
 „ologorum sententiam declaratum fuit
 „tanquam nullum & irritum, qu
 „sententia, quamvis aliunde jam
 „notuerit, haud abs re tamen erit,
 „lam huic nostræ epistolæ inserere: T
 „nor illius est sequens“.

*Nuperrime Varsouicæ habebantur con
 vocationis comitia, in quibus stabilitus
 acti, que est, quicquid in proxima Reg
 electione necessarium ac utile videretur,
 hæc ad normam legum unanimiter & pa
 fice peragatur: Hanc in rem Primas Reg
 proposuit formulam juramenti ab Episc
 pis, Senatoribus, & Nuntiis ad hæc co
 mitia vocatis præstandi: Ea juratum fuit
 ut non alius in Regem eligeretur, nisi
 Polonia, & quidem ab utroque Parte
 Catholico natus fuerit. Adversus hoc ju
 ramentum non pauci ex præfatis Episcopis
 Senatoribus & Nuntiis reclamabant, partim
 quod illud adversaretur Reipublicæ legibus
 vi quarum exteri a Competitorum numero*

non excluduntur, minus vero Regius Princeps, qui tamen per hanc clausulam, quamvis tacite, satis tamen aperte & indecenter excludebatur, partim quod per ejusmodi juramentum ipsa eligendi libertas Electoribus, nempe tribus Reipublicæ Ordinibus ex legum præscripto illimitate & tuto competens, imminueretur, ac restringeretur; eis enim alium hac prærogativa destitutum eligendi facultas demeretur: partim quod ipsimet satis probe prospexerint, quam horrida belli flamma, quotque tumultus non sine luculento Regni periculo (uti rei eventus nunc manifeste docet) ex ejusmodi oriuri essent jurejurando, quod ad principalem scopum nil omnino conferre potuit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Verum insuper habitis omnibus eorum oppositionibus, vi & armis, imo interminata etiam capitis pœna hoc juramentum præstare cogebantur, ubi nonnulli quidem ad præscriptæ formulæ verba jurarunt, alii tamen nonnisi addita clausula, reservata electionis libertate, aut alia ejusmodi limitatione, quam in præsentis rerum perturbatione ad declinandum vitæ periculum, & conscientiæ securitatem addere necessarium fore visum erat.

Inde vero duæ oppido graves oriuntur quæstiones & quidem I. an ejusmodi juramentum valeat? II. si id valet, & dispensatione opus sit, a quonam hæc dispensatio

Sæc. XVIII. concedi queat? Ad primam respondetur,
A. C. 1735. illud ob rationes in relatione facti allegatas
 non valere, propter has enim materia juramenti, si ex se indifferens, & licita est, redditur illicita, & quidem primo, quia credit in præjudicium tertii; Regius enim Princeps defuncti Filius præter alia damna jure passivo sibi ex legibus competente ad electionem sine ulla legitima causa privatur. Suarez tom. 2. de Relig. tract. de Juram. l. 7. c. 23. n. 5 Sanchez. tom. 1. de præcept. Decal. l. 3. c. 10. n. 38. Secundum. Cum enim Reipublicæ leges electoribus immitatam, quemcunque idoneum judicaverint, eligendi libertatem tribuant, ejusmodi autem juramentum hanc libertatem ad unum duntaxat restringat, sequitur, hoc juramentum contra leges fuisse præsitum proin omnium Doctorum judicio nullum. Tertio, quia plurima mala, quæ ex tali exclusione per juramentum firmata Reipublice imminant, facile prospici poterant, & sine ejusmodi periculo exclusio, si Reipublice utilis foret, adhuc rata haberi posset, quin juramentum imponeretur; nunc vero illa, quia ad omnes hæc calamitates assam præbet, ideo juramentum quoque invalidum reddit. Gobat tom. II. cas. 16. n. 501. & omnes Doctores, ex l. cum qui ff. de soluc. & cap. quemadmodum de jurejurando §. Quod si. Insuper etiam si hæc mala, dum a jurantibus, juramentum

tum præstitum est, non fuissent prævisa, si Sæc. XVIII.
 tamen postea ad hæc mala adverterunt, vel A. C. 1735.
 ea actu evenere, id ad tollendam obligatio-
 nem juramenti jam satis superque fuit juxta
 Regulam, de qua Sanchez in Præcept.
 Decal. Lib. IV. cap. II. & Gobat. l.
 c. & n. 495.

Ad secundam quæstionem respondetur,
 ex prædictis constare, quod hoc juramen-
 tum nulla egeat dispensatione, Et si ege-
 ret, justissimæ adessent causæ, quæ ejus-
 modi dispensationem deposcerent, Et qui-
 dem talis dispensatio in foro conscientie ab
 Episcopis & Abbatibus concedi posset juxta
 communem sententiam Doctorum apud Car-
 dinalem de Lugo tom. 2. de just. disp. 22.
 sent. 8. p. 241. imo etiam a privilegiatis
 Regularibus Tambur. l. 3. in Decal. c. 3.
 §. 1. n. 5. & Gobat. l. c. n. 508. Hæc
 erat Theologorum Romanæ Curie sen-
 tentia, „Ne ergo fidelium animæ sub
 „tetro perjurii phantasmate ultra deci-
 „pantur, nec publica pax a Deo impe-
 „trata, & totius Regni tranquillitas
 „deinceps perturbetur, & respublica
 „in suis statutis, ac firma securaque
 „libertate semper remaneat, horta-
 „mur, & sub pœna suspensionis ipso
 „facto sine ulteriore declaratione incur-
 „rendæ aliisque pœnis gravioribus ad
 „arbitrium nostrum imponendis in virtu-
 „te S. Obedientie, & auctoritate no-
 „stra

Sæc. XVIII, „stra omnibus Confessariis præcipimus
 A.C. 1735. „ne pœnitentes propter hoc juramen-
 „tum sub prætextu commissi perjury
 „molestare, aut eis absolutionem de-
 „negare præsumant, sed potius salub-
 „riter hortentur, ut remedia salutis
 „adhibere, & publicam quietem pro-
 „movere adlaborarent. Hoc nostrum
 „mandatum a Collegiorum & Conve-
 „ntuum Superioribus in eorum Capitu-
 „lis prælegatur, atque exacte obser-
 „tur: utque illud ad omnium notitiam
 „perveniat, mandamus, ut illud a no-
 „bis subscriptum, nostroque sigillo ma-
 „nitum ad Ecclesiæ valvas affigatur.
 „Datum Varsoviæ in nostro Palatio
 „Episcopali die vigesima secunda Apr-
 „lis anno 1735“.

Stanislaus Episcopus

§. XXIV.

Augusti III. Poloniæ Regis decretum contra duos Regulares.

Inter quatuor illos Theologos, qui Re-
 mæ præfatam Consultationem edide-
 rant, præcipuus erat Pater Guarinius
 Jesuita, quem Pontifex Romæ in Pro-
 fessorum Domo ad petitionem Gallicæ
 Oratoris & Zaluskii, qui Stanislaus
 Emissarius erat, custodiri præcepit.

qui tamen deprecante Imperatore & Cardinale Cienfuegos Roma Viennam contendere permiffus, ibidem fubfiftere juffus eft, donec aliter a S. Sede decerneretur. Minus benigna fors aridebat P. P. Arcellio & Salarotio Clericis Regularibus Theatinis, qui Stanislai partes improvido ftudio tuebantur, ac propterea ab Augusto III. Polonorum Rege Varfovia, cunctisque Poloniæ ditionibus excedere compulfi funt. Hujus fententiæ æquitatem idem Rex vindicare nitebatur, edito hoc decreto.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„Cum Augusto III. Poloniæ Regi
„bene vifum fuerit, Patribus Arcellio
„& Salarotio Theatinis præcipere, ut
„Varfovia & demum omnibus reipubli-
„cæ Statibus abirent, idem Rex æquas
„hujus arrepti confilii rationes manife-
„ftare, neceffarium duxit. Igitur P.
„Arcellius anno millefimo feptingente-
„fimo trigefimo tertio circa tempus,
„quo generalia Regiæ electionis comi-
„tia effent habenda, Varfoviam venit,
„& Primati demandatæ fuæ facultatis
„litteras a Rege Hispaniæ datas tradi-
„dit, quibus Catholica fua Majestas
„hunc Regularem fuum apud Poloniæ
„Rempublicam Oratorem declaravit uf-
„que ad novi Regis electionem. Pau-
„lo poft hic cum alio Theatino nomine
H 5 „Patre

Sæc. XVIII. „Patre Salarotio arctam iniit amici
 A.C. 1735. „tiam, & ambo Religioso caractere
 „abutentes, & præcipue Pater Arce
 „lius sese cuiusdam Magni Principis
 „Legatum jactitans, nullum non me
 „vebant lapidem, ut Stanislai Lescins
 „ki causam efficaciter promoverent, &
 „clandestinas Marchionis de Monti
 „tes juvarent. Proclamato Stanislai
 „Primas nomine Ordinum Reipublicæ
 „responsorias ad Hispani Regis literas
 „impositæ legationis testes Patri Arce
 „lio tradidit. Ab eo autem hic Reli
 „giosus nec publico nec privato Hispa
 „ni Oratoris caractere vestitus crede
 „batur, prout ipsemet fassus est, cen
 „suitque, suam legationem penitus ex
 „spirasse. Nihilominus usque ad ele
 „ctionem Regis Augusti III. Varsovia
 „substitit, eodemque pede, quo cen
 „sit, incessit, turbas concitavit, & in
 „favorem Stanislai varias artes adhibe
 „buit, & cum factionis hujus affectibus
 „epistolare commercium fovere, eos in
 „sua obstinatione ad constantiam firmare,
 „bene affectos inspiratis perve
 „nis consiliis, & frivolis promissionum
 „lecebris decipere, clandestina ac illi
 „cita conventicula in suis aliorumque
 „ædibus habere non destitit. Huius
 „quæque in omnibus suis machinationibus
 „egregie opitulabatur Pater Sa
 „laro

„larotius. Denique eorum agendi ra- Sæc. XVIII.
 „tio in licentiam minime tolerandam A. C. 1735.
 „degenerabat. Ipsam quoque sacra-
 „tam Regiæ Majestatis Personam ver-
 „bis petulantibus ac seditiosis impete-
 „bant, adeo debitæ erga hunc Princi-
 „pem ac Reginam ejus conjugem vene-
 „rationis obliti, ut pro iis consuetas
 „preces fundere detrectarent, quinimo
 „quamvis omnes hujus Regni Ecclesia-
 „stici, dum Reginam uterum gestare
 „promulgabatur, orationem *pro felici Sere-*
 „*nissimæ Reginæ partu* persolverent, sui que
 „debiti partes exacte adimplerent, ipsi
 „id facere recusarunt. Hoc petulans
 „facinus, ut Rex ulterius dissimulet,
 „haud æquum quidem videbatur, mode-
 „ratione tamen adhuc uti voluit, ac
 „etiamsi suam indignationem exercen-
 „di æquissimas habuisset causas, suæ
 „tamen justitiæ rigorem suspendit. Eo
 „sine Romam datis ad Superiorem Ge-
 „neralem Theatinorum literis eidem
 „significavit, quam graviter hi Reli-
 „giosi Regiam suam Majestatem sua
 „agendi ratione offenderent, & quam
 „urgentes rationes essent, ob quas
 „Rex haud ultra ejusmodi attentata
 „non minus periculosa, quam bono
 „publico, & Regni tranquillitati noxia
 „tolerare posset. Quapropter Genera-
 „li pariter significabat, quod quidem
 „gra-

Sæc. XVIII. „graviore, quas promeruissent poen
 A. C. 1735. „de eis sumere nollet, illos tamen
 „Polonia excedere iussisset. Idem Ge
 „neralis rationes Regis edoctus, ea
 „esse æquissimas censuit, & sine hæc
 „tatione iudicium Regiæ suæ Majesta
 „tis ratum habuit, ejus moderationem
 „summopere admiratus. Igitur prop
 „ter hæc nunc exposita Rex p
 „suos Officiales Patribus Arcellio
 „Salarotio præcepit, ut quantoci
 „Varsovia, & sine mora e toto Rep
 „excederent: Huic mandato
 „prompte obedirent, Rex ex inn
 „sua clementia eis de plena securita
 „prospici iussit, ut usque ad Brand
 „burgicas ditones tuto pervenire p
 „sent &c“.

§. XXV.

*Clemens Papa multiplici fastidio
 affectus.*

Hæc dum in Polonia gerebantur
 multa alibi summo Pontifici ha
 parum molesta accidere; vix enim
 Clemens cum Hispaniarum Rege ple
 reconciliatus credebatur, cum no
 turbarum semina succrescerent: Pr
 primis enim Segoviæ prohibitaru
 mercium negotiatores ad quoddam
 præfatæ Urbis Monasterium merces su
 fec

securitatis gratia deposuerant, re au- Sæc. XVIII.
 tem explorata Regionum vectigalium A. C. 1735.
 Ministri a loci Superiore domum lustran-
 di copiam petebant; accepta autem re-
 pulsa paulo post armata vi fores perrum-
 pere tentabant: Ea res jam suboluerat
 negotiatoribus, qui vim vi repellentes,
 ex Ministris duos trucidarunt, ex ad-
 versa parte aliis qua sauciis, qua cæsis,
 ceteris vero in fugam actis Ministri
 Monasterium ne quicquam reclamanti-
 bus Monachis, ingressi, merces, quas
 repererant, secum abstulerunt. Porro
 de violata immunitate Ecclesiastica
 apud Episcopum vehementer querun-
 tur Monachi, nec irritato conatu; cum
 enim læsæ parti nulla fieret satisfactio,
 Episcopus Ministros sacro Ecclesiæ ful-
 mine percussit, totamque Diocesin in-
 terdicto supposuit, ac denique totam
 rei seriem Madritum ad Regem per-
 scripsit. Eodem tempore Telonii Re-
 gii Præfectus deputatos ad supremam
 vectigalium Curiam ablegavit, suam
 agendi rationem vindicaturus: in ho-
 rum quoque favorem hæc causa a san-
 ctiore Senatu decisa, & Episcopo injun-
 ctum est, at Ministros piorum commu-
 nioni, & Diocesin Sacrorum usui resti-
 tueret, Monasterium vero omnibus suis
 proventibus privaretur, Monachis ad
 Massiliense Ordinis sui Asceterium ab-
 ductis

Sæc. XVIII. ductis. Adversus hanc sententiam
 A. C. 1735 clamabant Episcopus æque ac Seg-
 biensis Clerus, nullaque mora que-
 dam Romam ad Pontificem ableg-
 bant: vicissim vero ad Clementem Phil-
 pus Hispaniarum Rex Nuntium Romam
 decrevit & ad Cardinalem Aquaviva
 literas dedit, ut hanc causam sine ul-
 riore strepitu componi satageret. Inter
 vero Ministri Ecclesiasticorum bona
 proventus sibi vendicabant, quo con-
 perto Clemens Papa sub excommu-
 cationis, ut vocant, majoris par-
 tium reddituum restitutionem Minis-
 tris aliisque, qui ex Ecclesiasticorum
 bonis proventus receperant, injunxit.
 Hoc Pontificium diploma, cum illud
 Episcopus Mense Junio ad medium
 gente, e suggestu in Ecclesia promul-
 garet, Gubernatoris jussu quidam mi-
 lites in Ecclesiam irrumpentes e Sacra-
 dotis manu illud eripuerunt; ac
 frustra dilacerarunt. Hæc ubi in
 Regia innotuere, Rex vehementer
 commotus Gubernatorem acriter
 apprehendit, & nulla mora Ecclesiasti-
 cis sua bona restitui præcepit, prædia
 men, quæ Episcopi erant, usque ad
 hæc causa Romæ decideretur, apud
 sequestros deponi jussit. Tandem vero
 ad finiendam hanc litem Pontificis
 derat

deratio & Regis pietas plurimum con- Sæc. XVIII.
tulit. A. C. 1735.

Paulo post tamen novum molestiæ argumentum suppeditavit idem Cardinalis Aquaviva; postquam enim ex Hispaniis Romam ibidem post Rattæ Cordubensis Episcopi discessum Regis Hispani negotia procuraturus die vigesima Martii navigaverat, plures cistas Ma- ulianæ e navigio ad terram exponi iussit, quas ejus famuli rhedis recta in Urbem ad Palatium transportarent: cum autem hi ad Telonium, ut pro more lustrarentur, eas non deferrent, Ministri desuper querebantur, Pontificis jussu postulantes, ut præsatæ cistæ ad Tabernam tributariam reveherentur. Verum eorum postulatis etiam atque etiam obstitit Cardinalis, caussatus, se Hispani Regis Legatum esse, proin non convenire, ut ejus sarcinæ alibi, quam in ejus Palatio lustrarentur. Verum hac repugnantia Pontifex graviter offensus præcepit, ut quicquid Cardinalis secum attulisset, ad Vectigalium Curiam plena diei luce deferretur, eo quod ceteri omnes Purpurati Romam adventantes ab hac lege haud immunes essent. Hanc tamen controversiam Gallici Regis Orator Sant-Aignani Dux suo interventu amice composuit, ea lege, ut in Hispano Palatio a Telonariis

Sæc. XVIII. nariis cistarum inspectio fieret. Sub
 A. C. 1735. idem autem tempus alia succrevit mo-
 lestia, cujus occasio erat hæc: jam an-
 tiquo more in Siculæ Nationis Ecclesiâ
 ad S. Mariam de Constantinopoli Ro-
 mæ appensa erant Cæsaris insignia
 hæc autem idem Cardinalis auferri
 eisque Hispana substitui præcepit: At
 tamen hujus Ecclesiæ Clerici Aquan-
 væ mandato obstitere, causantes,
 fieri haud posse, absque consensu Car-
 dinalis de Judice, qui hujus Ecclesiæ
 Protector esset. Res demum ad Pon-
 tificem defertur, qui tamen ejusmodi
 innovationes fieri, inhibuit, donec
 aliter decerneretur.

Gravius adhuc negotium summo
 Pontifici facesserat Neapolitani tributum
 quod Romani *Chincæam* appellant, præ-
 statio; notum enim est, quod utriusque
 Siciliæ Reges in recognitionem fe-
 premi Domini, quod in hæc Regni
 Sedi Apostolicæ competit, censum quo-
 tannis in vigilia SS. Apostolorum Petri
 & Pauli pendere soleant: Eo autem
 tempore duo simul Principes de Ne-
 polis Regno adhucdum contendebant
 & quidem Carolus VI. Imperator, qui
 quamvis ei omnia ibidem prorsus ad-
 versa accidissent, per plures tamen
 annos hoc regnum legitimo imperio te-
 nebat,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

nebat, & adhucdum jus ad illud con-
servabat: Alter erat Carolus Borbo-
nius, qui universam Siciliam secundis
armis nuperrime in suam redegit pote-
statem, ac sese Panormi Regem appel-
lavit, & sceptrum, ac diadema nec-
non Regia pro more insignia suscepit.
Hic ergo cum omnia ad vota fluerent,
Neapolin rediit, ubi continuato felici-
tatis cursu a Proceribus, civibusque
festiva omnium acclamatione & jubilo
Rex salutatus est. Attamen id unum
adhuc deerat, ut Romani Pontificis
auctoritate ac investitura Regnum, ut-
pote Sedis Apostolicæ feudum, stabili-
ret suum; cujus rei impetrandæ cau-
sa nil intentatum reliquit. Præprimis
enim per Hispaniæ Oratorem Clemen-
ti has obtulit condiciones. I. Se
omni jure in Castri & Roncilionis
Ducatus in perpetuum cessurum. II.
Supremum Dominium ac investituræ
jus in Parmensem & Placentinum Du-
catus Apostolicæ Sedi competere, se
agniturum. III. Nullam prætensuram
jurisdictionem in conferendis Neapoli-
tani Regni Episcopatibus, aliisque
Beneficiis Ecclesiasticis. IV. Sacræ In-
quisitionis Tribunal nuper a Marchione
de Carpio Pro-Rege abrogatum, in
Neapolis Regno rursus restauraturum.
E contrario Carolus Imperator per Sci-
pio

Hist. Eccles. Tom. LXXV.

1

pio

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

pionem Publicolam Principem de Sancta Cruce Oratorem suum summo Pontifici consuetam juris beneficii tributum offerebat, & adversus Hispanicorum postulata solemniter reclamabat. Acriter tum instabat Carolus Borbonius, ac fausto armorum successu fractus, postulatis minas adjecit, promulgato edicto, quo vetitum, ne quæ Pontificias Bullas, literas, diplomata aut quicquam aliud a Romana Curia peteret, reciperet, aut executioni traderet, donec Clemens Papa illum a Rege haberet, & Regni investituram concederet. Displicuit etiam Borbonio, quod Pontifex in suis literis juxta styli veterem Neapolis Regnum nominasti *Terram citra Pharam* appellare contendit ergo, ut deinceps Pontifex erga ipsam utpote Hispani Regis Filiam alia scribendi formula uteretur. Hæc Juveni Regi a Principissa Filomaria fuisse suggesta, referunt Scriptores. Ut autem de hoc sit, id omnino certum est, quod ob nuperum hoc ejus edictum plures Ecclesiastici, ac Præsules a Pontifice Beneficiis provisi eorum possessionem capere prohibiti fuerint, ac ipsi met Passerinus Cardinalis suum Episcopatum adire non potuerit. In tantarum rerum perplexitate quid ageret Pontifex? jamjam appropinquante viginti

SS

SS. Apostolorum Petri & Pauli , qua Sæc. XVIII.
 die Tributum pendi solet , magna im- A. C. 1735.
 portunitate sollicitatus a Cæsare & si-
 mul a Borbonio ; utrumque in Regem
 legitimum agnoscere haud poterat , &
 alterutri inaugurationis beneficium im-
 pendere non licuit , quin alium gravi-
 ter offenderet : Ita suspensus , ac in-
 certus , quid consilii caperet , ne suo
 arbitrio rem decidisse argueretur , duo-
 decim præstantissimos selegit Cardina-
 les , ut matura deliberatione desuper
 instituta , quid optimum factu cense-
 rent , ab eis perciperet : Hi omnes in
 hanc abiire sententiam , ab horum neu-
 tro censum Romanæ Sedi pendi solitum
 esse recipiendum , rem usque ad Men-
 sem Octobrem esse differendam , expec-
 tandumque , quis demum rerum cursus ,
 bellique exitus foret . Horum consiliis
 acquievit Pontifex , frustra que adhibito
 omni conatu , ac insuperhabitis preci-
 bus & minis se a proposito dimoveri
 haud passus est : Reclamabat equidem
 Cardinalis Cienfuegos Cæsaris Orator ,
 qui identidem Pontifici insurrabat ,
 ejusmodi moram æquivalere repulsæ in
 Cæsaris contemptum , ac præjudicium
 datæ : Pontifex tamen ad hæc reposuit ,
 consilium a se captum fundari in ipsius
 Cæsaris responso , quod ipse proposita
 pacis idea de utraque Sicilia Carolo
 cedent-

Sæc. XVIII. cedenda, dedisset: Nec tamen hæ
 A. C. 1735. Pontificis excusatione contentus Cardi-
 nalis, tot rationum momentis Papan-
 fatigabat, ut hic tandem responderet
 æquissimam quidem esse Cæsaris peti-
 tionem, aliunde tamen Cæsareo Mi-
 nisterio sat notam esse fatalem rei ne-
 cessitatem, qua ad hoc consilium ad-
 actus foret, ne scilicet Sacram Seden-
 certæ Hispanorum vindictæ palam ex-
 poneret. Verum hæ rationes apud
 Cardinalem adeo nihil valebant, ut
 impellente Princeps de Sancta Cruce
 ad hanc solemnitatem Cæsarea Fac-
 tate instructus Administer, præstitit
 die solitum Censum Cameræ Apostoli-
 cæ traderet; cum autem Pontificis
 Ministri hoc tributum non acceptarent
 sed rem ad proximum Mensem Octo-
 brem esse differendam reponerent, Cæ-
 sareus Legatus adversus hanc repu-
 nantiam prolixo scripto palam prote-
 status est, quin Pontifex vel latum ne-
 quem a suo proposito removeri posset.

Inter tam anxias curas parum le-
 vaminis summo Pontifici attulit Maro-
 canus Princeps, qui, ut meminimus
 sacro fonte tinctus, ingens Religio-
 Catholicæ studium præferre videba-
 tur: Hic idem, cum esset ingenio præ-
 ditus admirabili, & artium, literarumque

rumque cupidissimus, ac præterea studii industria indefessus, valde eruditum, ac probe elaboratum composuit librum, in quo Regii ac Imperialis sui stemmatis Historiam pereleganter descripsit & per invicta tam Africanorum quam Europæorum Principum testimonia, aliorumque fide dignissimorum Auctorum libros comprobatum reddidit, se legitimum Muley Ismaelis Marroccani Imperatoris Filium esse, proin paternum diadema sibi omni jure deberi, illud tamen per duos suos fratres sibi iniquissime ereptum, & quidem primo per Muley Abdaldam, solio quidem dejectum, adhucdum tamen sat potentem, & postea per alium suum Fratrem Muley Aly, qui actu regnum usurparet. Hanc lucubrationem Princeps summo Pontifici obtulit, supplex, ut ceteros Europæ Principes excitare velit, quatenus ad solium sibi per nefas præreptum denuo recuperandum auxiliatrices manus præbeant, hacque ratione fides Catholica in hoc Imperio propagari possit. Placuit equidem Pontifici hujus Principis Zelus, doluit tamen, in præsentis rerum temporisque vicissitudine ejus votis minime satisfieri posse: Ceterum Clemens hujus libri Lectione tantopere delectabatur, ut illius exempla non modo pluribus

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735. ribus Purpuratis, sed & aliis magni nominis Præsulibus, ac exteris Principum Legatis dono daret. Nec tamen diuturnum erat hoc Pontificis solatium; cum enim Princeps neglectis literariis laboribus otio indulgeret, et familiarius cum Romanis Matronis ageret, Procerum non pauci apud Cotradinum Cardinalem Neophytorum Protectorem desuper querebantur. Hanc rem edoctus Pontifex, Cardinali in mandatis dedit, ut Principem hanc vitæ licentiam Catholico indignantem gravibus verbis perstringeret. Percepit Cardinalis Papæ iussis, ac Principem serio admonuit, ut suæ dignitatis statusque memor suos denuo mores recti honestique leges conformaret. Verum hic lenem hanc objurgationem tantum iniquo ferebat animo, ut debitæ reverentiæ oblitus, Cardinalem indignis verbis ac contumeliis appetere: Et propter Pontificis mandato in Capitolio custodiæ datus est, ubi tamen non nisi una nocte detentus, ut a periculo si commercii occasione longius abesset ad Urbem veterem secedere iussus est. Mox vero anno sequenti Romam reverti, & in suis ædibus Sacellum erigere permissus est.

Sub idem quoque tempus levis collisionis inter summum Pontificem & Venetorum

netorum Rempublicam exorta est, occasione inde desumpta, quod Clemens fervente in Italia bello, ut subditos suos ab hostili invasione tueretur, arces Comacini & Ferrarizæ majori militum numero firmasset, & præsidio in Mesolanam urbem imposito Ostium Padi munire statuisset, ut hac ratione vicinus Adriani portus magis tegeretur. Eo sine Pontifex in aggere terreo ligneum propagnaculum extrui curavit, ut quantum satis esset ad continendos quindecim vel ad summum viginti armatos ac bina belli tormenta. Verum id ægre tulere Veneti huic Regioni vicini, nescio quid hostile novumque veriti: Eapropter non modo cum Urbis Præfecto graviter expositi abant, sed & casam & suggestum solo æquari petebant; id vero cum non obtinerent, vicissim in opposita ripa castellum erexerunt, illudque operibus ac munitionibus, collocatoque centum militum præsidio firmarunt. Hoc illis minime licuisse, cum Clemens contenderet, pallasque anno Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto conventiones inter Papam Urbanum VIII. & Rempublicam obiceret, aliunde vero turbatos ea in parte fines imperii quereretur, res ad controversiam expectatione ac merito majorem exardescere

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. re videbatur; verum Pontifex pa
A. C. 1735. colendæ studiosissimus omni conatu
 egit, ut dissidii flamma mox aspectu
 concordie aqua extingueretur. Pe
 opportune Carolus Imperator hanc quæ
 que causam in se suscepit, nec quæ
 quam omnium erat, qui eo authore
 arbitro haud speraret, fore, ut his
 quis utrinque conditionibus protin
 componeretur: Quinimo res ad utri
 que partis vota successisset, nisi be
 Turcici tumultus, & postea Pontificis
 obitus bene cæpta tam infausto succo
 disturbasset, ut primum Regnante
 benedicto XIV. per mutuam conventio
 nem pax restitueretur. Sub idem ferè
 tempus Papam inter & Cæsarem
 mota est controversia; cum enim Ele
 tor Palatinus a Pontifice Bullam ob
 nuisset, vi cuius a suo Clero decimarum
 proventuum partem exigere permitte
 retur, Clerus apud Cæsareo-Aulicis
 Imperiale Consilium desuper querebatur,
 illud vero Ecclesiasticorum petentibus
 annuens, ad Electorem rescriptis, a
 Pontificium diploma in executione
 trahere inhibuit, simulque Imperator
 suo apud Papam Oratori in mandatis
 dedit, ut hanc agendi rationem apud
 summum Pontificem vindicaret. Gravior
 insuper molestia Clementi accrevit
 ex dissidio, quod inter Hildesheimenses

fem Episcopum, & Capitulum Colle-
giatum S. Joannis intercesserat: cum
enim præfatum Capitulum cum Ludgero
Canonico Seniore, & post ejus obitu-
m cum ejusdem hærede Maria Zep-
penfeldin ob comitorum Provincia-
lium diætas contenderet, & causam
ad Curiam Romanam via appellatio-
nis devolveret, dicta Maria Romano
judicio causa cecidit, ac propterea
Apostolicæ sedis Nuntius Coloniensis
latam sententiam, atque excommuni-
cationis pœnam pendente lite Came-
rali exequi decrevit: Eo fine Romani
judicii transumptum Nuntius ad Elec-
torem Coloniensem utpote Hildeshei-
mensem Episcopum transmisit: Hic ve-
ro hunc recursum omnino illicitum esse
ratus, die nona & vigesima septima
Maij querulas ad Cæsarem literas de-
dit; re maturius perpensa Imperator
Electori rescripsit, sui muneris esse, ut
juxta articulum capitulationis suæ ejus-
modi recursum in causis mere civilibus
improbaret, de cetero Episcopus om-
nes hucusque sententias declaratorias,
mandata rotalia, judicata, & ab ut-
raque litigantium parte apud Came-
rale Tribunal hac in causa expositas
scripturas intra quatuor hebdomada-
rum spatium transmitteret, ut his om-
nibus probe inspectis, quod æquum es-
set,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735. set. a S. Cæsarea Majestate decerni
 possent. Porro hæc controversia non
 sine Pontificis fastidio in Electoris fa-
 vorem decisa fuit.

§. XXVI.

Præclara summi Clementis Papæ gesta

Frequentes hæc molestiæ non usque
 adeo magnanimum Clementis Pa-
 pæ animum depresserunt, quin ad
 cella natus, multa & magna tum
 Dei cultum, tum ad almæ Urbis
 plitudinem aut populi salutem hoc præ-
 fertim anno exequeretur. Sibi enim
 persuasissimum habuit, nil Principi Ec-
 clesiastico magnificentius esse, quam
 si Ecclesiam, quam moderatur, aug-
 stiorē reddat, & ditionem, quam
 net, statu & moribus meliorem
 ciat. Præprimis ergo die decima quin-
 ta Septembris in Congregatione de pro-
 paganda fide, cui pariter septem Car-
 dinales intererant, decrevit, ut ad
 dias Orientales denuo Viri Apostolici
 ad promovendum Religionis Catholice
 incrementum mitterentur: cum autem
 eodem tempore Monachi S. Antonii
 & Catholici Maromitæ in montè Libani
 no degentes iteratis literis exponerent
 se gravissimis injuriis, verberibus, pe-
 cuniarum

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

cuniarum exactionibus, carceribus, omnisque generis calamitatibus a Turcis pene confici, Pontifex infaustam horum sortem misertus, S. Congregationis Patribus negotium dedit, ut valida hisce miseris subveniendi media excogitarent, ac desuper inter se consultarent. Hi Turcas pecuniarum avidissimos esse probe gnari, consultissimum censebant, si Turcicus illius Regionis Præfectus profuso auro demulceretur: Eapropter Pontifex Asemannum Præsulem cum ingenti pecuniarum summa eo ablegabat, ut famelicum Bassam magna nummorum copia satiaret simulque Maronitis ad sublevandam inopiam, & construendum novum Monasterium larga suppeditaret subsidia.

Præterea Clemens exornandæ Urbi Romanæ intentus, frontem Lateranensis Basilicæ, atque inferiorem, superioremque Porticum summo opere, propriisque impensis a fundamentis erexit: fronte etiam nova S. Joannis Baptistæ Templum Nationis Florentinæ magnifice condecoravit, ædemque SS. Martyrum Celsi & Juliani vetustate pene collapsam ab imo ad culmen perduxit: Eadem liberalitate, operisque elegantia pro excipiendis mulieribus judicio capitali damnatis sat amplum ad

Sæc. XVIII. ad Portam Portuensem ædificium ex
 A. C. 1735. tavit, ac denique uberrimum salubre
 rimumque *Aquæ Virginis* fontem, qui
 olim Marcus Agrippa Imperator detu-
 xit, & postea con fractum Tiberius
 Claudius Cæsar, & novissime Pius
 Pontifex Maximus restituerunt, Cle-
 mens hoc anno tam splendide exorn-
 vit, ut dubium reliquerit, an in
 summa elegantia & Majestas magis
 quam publica utilitas, commoditas
 admiranda sit; id certissimum est, quod
 in exequendo hoc opere Clemens
 magnificentia cum ingenio nobilissimi
 architecti Nicolai Salvi Romani de partem
 certare videatur: Neque tamen amplius
 sumum hoc opus omnino absolutum
 dere poterat Clemens, illius tantam
 perficiendi curam primum in se suscep-
 perat Clemens XIII. ejus Successor
 qui primo Pontificatus sui anno egre-
 gium hoc Clementinæ magnificentissimum
 monumentum feliciter absolvit.

Præterea Clemens XII. Pontifex san-
 mum quoque affectum erga subditos
 populos exhibuit, cum enim magnas
 paludes prope Thrasimenum lacum
 ter Pontificiæ atque Etruscæ ditissimas
 fines propter uliginosum solum non
 do steriles jacerent, sed insuper ob
 ves & vix non pestilentes cœli asp-

tionem incolis infestæ essent, Pontifex jam dudum pristinam fertilitatem simulque subditis aeris salubritatem restituere decreverat. Ea de causa Joanni Bottario, Præfule non modo in scientiis, sed & in Mechanicis summo studio, intelligentia, usuque peritissimo hujus rei executionem demandavit, ejusque consilium secutus, fossam ad Tiberim per quatuordecim passuum millia perducere jussit, quo facto paludes per plures annos exsiccatae remanserunt. Re feliciter prospereque absoluta Pontifex præfati Bottarii opera utebatur, ut in bipartitis Padi faucibus navigandi difficultatem tolleret; in quo persequendo opere pari virtute se gessit Bottarius: Huic autem Pontifex adjungere voluit in paucis doctissimum Eustachium Manfredum, ut Tyberim Perusia usque ad Naris fauces, necnon Anienem fluvios a Ponte Lucano Romanam usque navigabiles redderet. Ast minime res propter summam illius magnitudinem, difficultatemque ad speratum exitum perducere valuit.

Feliciori successu Clemens Ravennam, ejusque agrum a crebris alluvionibus securum reddidit; quippe duo flumina Montonem & Roncam, quæ olim *Vitis* & *Bedes* nominabantur, in

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. novum alveum immisit, ejusque tra
A.C. 1735. situm in Æmilia via Marmoreo po
 conjunxit. Ut vero facilius met
 transvehi possent, per septem milliaria
 passus ducentos sexaginta octo navi
 bitem ad mare fossam perduxit, ut
 commodum ab ea in urbem adit
 aperiret, novam portam exstrui co
 vit, quæ in perpetuam beneficii
 moriam *Porta Corfinia* appellatur. P
 ro Ravennates, ut perenne grati
 mi sui monumentum relinquerent,
 no hujus sæculi trigesimo octavo
 tuam Beneficentissimo suo Principi
 Pontifici in publico foro erexerunt.
 nique Clemens in via Clementina
 Æsio iter Anconam ducit, loco lig
 lapideum pontem suis impensis con
 xit, ac tandem statuit, ut deinceps
 Collegio de propaganda fide Theolog
 Doctor esset, qui juvenibus textum
 Scripturæ in suis lectionibus solide
 erudite enuclearet.

§. XXVII.

*Wetzlariensium Calvinistarum
 fida cum Catholicis.*

Hoc item anno Wetzlaræ Magist
 tus Calvinianus molestam lre
 Canonicis intulit: Illius ansam in
 sumpsit: Jam a tempore memoria
 hoo

hominum excedente, & pluribus ante **Sæc. XVIII.**
 Reformationem Calvinianam **A. C. 1735.**
 firmum jus in hac Urbe viguit, vi cujus
 ex Collegiatæ Ecclesiæ ad B. V. Cano-
 nicis tres seligebantur, ex quorum nu-
 mero Ecclesiæ Parochialis Curator no-
 minatus est: Paulopost tamen inter
 Canonicos ac Cives hac super re con-
 tentio haud levis oriebatur, petente
 Magistratu, ut ipsius quoque con-
 sensus adhiberetur, proin tres Scabini
 ex Magistratu selecti concurrerent. Dis-
 ceptatum diu, tandem vero anno Do-
 mini millesimo ducentesimo nonagesi-
 mo secundo die undecima Junij hæc
 discordia per mutuum pactum compo-
 sita est, erecto ac utrinque subscripto
 hoc instrumento.

„Nos Wælerus quondam Plebanus
 „in Wetzlaria, Gerlacus dictus in
 „Frankfordt, & Volmarus de Bonin-
 „bach, Scabinus ibidem, arbitri, ar-
 „bitratores, seu amicabiles Composito-
 „res, unacum discreto viro Decano Ec-
 „clesiæ in Frankfordt, super secunda
 „discordia hætenus inter Decanum &
 „Canonicos ex una parte & oppidanos
 „Wetzlarienses ex altera, mota, de
 „consensu & autoritate Reverendissimi
 „in Christo Patris Domini Bocmundi
 „Trevirorum Archi - Episcopi a dictis
 „De-

Sæc. XVIII. „Decano, Canonicis & Oppidanis ele
 A. C. 1735 „ti, ac frater Albertus ordinis Præ
 „catorum domus in Frankfordt a die
 „Decano subrogatus, nec non Er
 „stus Plebanus in Brelensheim ar
 „ter, arbitrator, seu amicabile co
 „positor Electus superiorum concor
 „ter in facto supra dicto. Notum fa
 „mus universis hanc paginam inse
 „turis, quod ad tollendam omnem
 „teriam dissensionis, & discordiæ
 „tenus habitæ inter partes prædic
 „antedicti Domini Archi-Episcopi
 „nec non virtute arbitrii nobis ab iis
 „partibus committi, sic statuimus,
 „dinamus, arbitrando pronunciam
 „& volumus inviolabiliter observari
 „pœnis in præmisso prædicto contem
 „ut tres Canonici de Capitulo, &
 „de Oppidanis prædictis, qui sint
 „bini assumantur, hinc inde, qui
 „cante Parochiali Ecclesia in We
 „ria, Sacerdotem idoneum, & præ
 „esse dignum, verbo pariter & ex
 „plo eligant, ad præfatam Parochia
 „regendam, ubicumque & undecum
 „que voluerint, eumque præsentem
 „Archi-Diacono loci, qui curam
 „marum eidem rite committat, &
 „perpetuus Pastor ibi habeatur. Quo
 „si de Pastore sic eligendo, vel electo
 „jam mortuo infra triginta dies de al
 „si

substituendo non concordaverint, in ^{Sæc. XVIII.}
 pœnam dissensionis institutio Pastoris ^{A. C. 1735.}
 ipso facto devolvatur &c. &c.

„In cujus Testimonium & memo-
 „riam sigilla D. B. Archi - Episcopi,
 „Decani, & Capituli, ac oppidi Wetz-
 „lariani prædictorum, una cum nostris
 „sigillis præsentibus sunt apposita.

„Et nos B. Dei gratia Archi-Epi-
 „scopus supra dictus prædictæ permu-
 „tationi, & ordinationi præsentibus &
 „consentientes, auctoritatem plenam
 „omnibus præmissis præstantes, ea,
 „quæ præsentibus confirmamus, & in
 „hujus Testimonium nos Decanus &
 „Capitulum, ac Oppidani supra dicti
 „in signum & Testimonium consensus
 „& approbationis hinc inde omnium
 „præmissorum sigilla dicti Capituli &
 „Oppidi duximus præsentibus appo-
 „nenda. Acta sunt hæc in Capitulo
 „prædictorum in Frankfort, præsen-
 „tibus Honorabilibus Viris Dominis Co-
 „mite G. de Ditze, Jo. de Rineck Præ-
 „posito S. Florini in Confluentia, Ma-
 „gistro J. Cantore & Officiali, ac aliis
 „quam plurimis sub matutinis, Anno
 „Domini millesimo ducentesimo nonage-
 „simo secundo, indictione quinta, die
 „decima Mensis Junii“.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. K Te-

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

Tenuit hæc concordia usque dum in hac quoque Urbe Calvini nomen sonuit, & civium potissimi a Catholice Religione ad perfidiæ vexillum, & Mavorum commenta declinarent. Tu enim ab Ecclesiæ unione recedentibus ab animorum conjunctione pariter cesserunt, hinc deinde tanquam fonte scaturivit æmulatio, invidium, infidelitas, paucis, omnibus. Postquam enim quidam Canonicus nomine Antonius tum præfate Ecclesiæ Parochus ad Calvini castra transfugerat, Calviniani cives suæ Sectæ cultui quamdam Ecclesiam vindicaverunt, eique prædictum Apostatam possiderunt: Hoc facto sibi a veteri pariter libere recedendi facultatem fuisse præsertam, & ob mutatum Religionis statum ad sectarii Pastoris electionem conferendi jus Canonicis esse præreptum tribabantur. Acriter autem contestanterque sese opponebant Canonici, sed irritò successu; postquam enim anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio alterfatus Antonius felicem animam exhalaverat, ipse Magistratus de illæso Canonicorum privilegio re persuasus, die decima quinta Novembris per suum Scabinum ad Collegiatæ Ecclesiæ Decanum & Cantorem literis Braubachium missis, hujus Prædicantem

cantis mortem indicavit, petiitque, Sæc. XVIII.
 ut juxta clarum pactum inter Canonicos A. C. 1735.
 & magistratus ac Sabinos initum mutuo
 consensu alius eligeretur: Annuere Ca-
 nonici, unde ex ipsorum consensu at-
 que approbatione nominabatur Joan-
 nes Hellen; quem Canonici installa-
 runt, confirmaruntque, modo in Col-
 legiatæ Ecclesiæ statutis præscripto,
 hujus tenoris: *Postquam Electores, quo-
 rum sex sunt, tres scilicet e Capitulo, &
 tres e Magistratu super certa aliqua perso-
 na in Parochum assumenda convenerunt,
 quod fit in loco Capituli præsentem Decano,
 diem conventionis indicente, singulorum vo-
 ta colligente, ipso autem postremo omnium
 votante, & dies investituræ seu Installatio-
 nis ab eo præfixa illuxit, procedit ille e Sa-
 cristia cum sociis duobus Capitularibus plu-
 viali indutus extra Chorum ad Altare S.
 Crucis, dictum Altare primum, expectan-
 tibus ibidem noviter Electo & tribus aliis
 Electoribus ex Senatorio ordine, ubi De-
 canus ascenso gradu Altaris versa facie ad
 Populum, Neo - Parochum a Scholastico
 seu digniori sociorum Capitularium sibi
 præsentatum flectere jubet ad gradum Alta-
 ris, tum commemorato breviter, in locum
 ultimi defuncti præsentem hunc juxta concor-
 data inter Collegium & Magistratum olim
 anno Domini 1292. inita, & hucusque
 per continuam observantiam deducta, rite*

Sæc. XVIII. & A. C. 1735. *Canonice Electum desiderare acceptionem inter presentes Electores completionem quæ fieri consuevit per Decani tum temporis existentis manuum impositionem, quam pertiri se dicet paratum, si subsequentes articulos jam olim inter Collegium Magistratum conventos jurato velit edicere quos sincere, & inviolabiliter velit ipse servare & observari facere, qui sunt sequentes:*

- I. *Augustanæ Confessionis professio*
- II. *Calumniarum evitatio.*
- III. *Cultus divini hora finitio.*
- IV. *Si resignare velit, trium mensium prædictio.*
- V. *Sex florenorum aureorum solutio.*
- VI. *Prandii institutio.*

Quos omnes & singulos si juraverint aut sub juramento, cujus relaxatio statim non habet, nec Electores Ecclesiasticos, promiserint accurate observaturum, & desuper Resignationes extraxerint, super flectentem manum imposita dicit & pronunciat Decanus, quod installlet eum, confirmet & ordinet in curia Augustani gregis Pastorem, cura animarum in propriam ipsius animam committitur, quæ omnia & singula germanico idioma peragit, hisque finitis porrigit ei dextram suam, & bona omnia in Domino precatur, quod ipsum agunt reliqui Electores omnes primum Ecclesiastici, deinde seculares

ordine, quo sederunt in loco Capituli & peractis iis omnibus disceditur.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

Novo hoc Prædicante ad hujus statuti præscriptum a Canonicis confirmato consuetum habebatur convivium; Ita veteris juris possessio penes Canonicos etiam post annum decretorium continuata, quieta, ac firma stetit, quam tamen sensim per varios motus perturbare nitebatur Wellerus Prædicantis Sacellanus; Hic enim contra pacta, quæ ipse ad Ministerium assumptus juramento firmaverat, studiose suas Conciones adeo protraxit, ut Canonici a peragendo diurnarum precum penso præpedirentur: Ea de re merito quebantur Canonici apud Joannem Hugonem Trevirensis Archiepiscopum, ac Electorem, utpote Ordinarium hujusque Collegiæ Præpositum, qui hac causa mature perpensa anno a Christo nato supra millesimum sexcentesimo septuagesimo nono die prima Julii cum Consule & Magistratu Calviniano hoc pactum Ehrenbreitsteinii iniit.

„Firmum quidem, ac immotum
 „persistit pactum anno millesimo quin-
 „gentesimo sexagesimo primo initum;
 „quia tamen novissime violato hoc pac-
 „to Magister Weller Sacellanus ultra

K 3

„præ-

Sæc. XVIII. „præscriptum tempus contra articulo
 A. C. 1735. „a se in primo suo ingressu juratos con-
 „cionatus est, proin Canonicos a per-
 „solvendis suis horis Canonicis præ-
 „divit, hinc Scabinus plena agendi le-
 „cultate instructus nomine sui Mag-
 „stratus pollicitus est, ac solemniter
 „promisit, se præfato Sacellano fer-
 „injuncturum, ne hic deinceps ta-
 „attentare præsumat, secus ipsum
 „Magistratum hujus delicti reum fer-
 „& si deinceps a quoquam alio Præ-
 „cante ejusmodi facinus perpetrare
 „talem prædicantem, utpote per-
 „reum a suo officio amovere aut
 „merita poena castigare, Canonicis
 „& Magistratui integrum esse, ac in-
 „per Magistratum obstringi, ut ædific-
 „inhiberet, ne horologium in fraude
 „præscriptæ horæ anticipet, vel re-
 „det“. Attamen, quamvis Calvinis
 „stæ hæc pacta jurejurando, ac sole-
 „missione firmassent, eaque illis
 „copia, ut vocant, *vidimata*, & in
 „mera Imperiali producta ac confirmata
 „exhiberentur, nihilominus ea novis
 „ma, ac falso a Canonicis conscrip-
 „& conficta fuisse, asserere non erubescunt,
 „runt, atque audacter antiquum con-
 „currendi jus præfatis Canonicis demer-
 „re attentarunt, eoque fine anno Christi
 „sti millesimo sexcentesimo nonagesimo

tertio ad ipsum Archiepiscopum atque Sæc. XVIII.
Electorem Trevirensis querulas has A. C. 1735.
dederunt literas.

*Reverendissime Elector, clementissime
Domine!*

„Decanum ac Canonicos hujatis
„Collegiatæ apud Electoralem suam
„dignitatem fuisse questos, ex scriptu-
„ra nobis exhibita intelleximus; hæc
„tamen prætenfa gravamina, & præ-
„primis illud nostros Præcones concer-
„nens, sicut superfluzæ ac inanes sunt
„querelæ, ita notorium est, quod quia
„cuilibet ex Protestantibus Imperii sta-
„tibus per transactionem Passaviensem
„& subsequutam Religionis pacificationem
„vi jurisdictionis territorialis libera in
„rebus Ecclesiasticis potestas, & quæ
„tam Ordinis quam jurisdictionis sunt,
„decenter & convenienter exercendi
„facultas concessa fuit, ita & nobis ut-
„pote Imperii statui eadem jura & fa-
„cultates in dubium vocari nequeunt,
„unde juxta libros nostros symbolicos
„& formulam concordiæ in rebus adja-
„phoris & ceremoniis pro libitu nostro
„quædam immutare, aut emendare
„nobis semper integrum est, quin Ec-
„clesiæ Collegiatæ Canonici (prout ipsi-
„met fatentur, atque asserunt) aliud
„habeant quam *partem juris Patronatus*,
K 4 „quo

Sæc. XVIII. „quo tamen prius uti non possunt
 A. C. 1735. „nisi quando primarii Pastoris officium
 „vacat, de cetero nobis liberum est &
 „nemine prohiberi vel præscribi ea pot
 „sunt, quæ & quomodo in nostris ec
 „remoniis facere, statuere, procedere
 „& nostros Parochos vocare vel con
 „Prædicantes aut Diaconos &c. quam
 „vis apud nos hæc veluti synonyma sin
 „instituire velimus, & sicut nostri Præ
 „decessores & nos circa nostros Ecc
 „lesiasticos & Dei cultum aliqua in Co
 „cionibus, infantum Baptismo, ali
 „que juxta Ecclesiasticas sanctiones præ
 „dudum promulgatas immutavimus
 „ita & nunc prout in aliis Evange
 „corum vicinis locis fit, circa Cœnar
 „immutare, & illis Præconibus, quæ
 „matutino tempore concionantur, præ
 „ces ad aram fundunt, & Sacrament
 „consecrant, injungere possumus, &
 „Hostias distribuant & populo benedi
 „cant, præcipue cum Evangelici inter
 „Hostias & calicem nullum speciale di
 „scrimen aut prærogativam faciant
 „nisi forte quidam vel idiota, vel au
 „bitiosus homo inter hæc distinguat
 „hæc autem nostra statuta non perti
 „nent ad Patronum, etsi Evangelicus
 „foret, sed libera eorum dispositio spe
 „tat ad illum qui jurisdictionem Eccle
 „siasticam habet, quæ nobis sine con
 „tro

„troverfia in nostros Præcones, no- Sæc. XVIII.
 „strasque res Sacras competit, proin A. C. 1735.
 „juxta præfatos libros symbolicos & for-
 „mulam concordæ pro nostro arbitrio
 „& salva conscientia in rebus Sacris at-
 „que Ecclesiasticis (sine præjudicio ju-
 „ris tertii) statuta edere valemus, quin
 „per hæc imminuantur Collegiatæ ju-
 „ra, aut ei quicquam detrahatur, aut
 „deinceps detrahatur, ac propterea
 „Canonici conqueri non possint, perin-
 „de ac si vacante Pastoratu excludan-
 „tur, quem tamen casum ipsi potius
 „expectare, quam præfæstine imagi-
 „narias ideas & querelas excogitare
 „deberent &c.^a.

Insuper habitis frivolis hisce quere-
 lis Capitulum, ejusque Præpositus an-
 tiquo suo juri omnino insistendum ar-
 bitrabatur, ac propterea, quotiescum-
 que Calvinianus Præco mortem oppo-
 tierat, semper ad novi electionem Ca-
 nonici concurrerunt, & juxta Collegia-
 tæ statuta electus præfatos sex articu-
 los juramenti Religione firmare tene-
 batur. Anno autem hujus sæculi vi-
 gesimo primo duobus Prædicanti-
 bus eodem ferme tempore demortuis
 solus supererat Kirschgartus, junior, quo
 tamen, cum admodum juvenis esset,
 prætermisso, Joannes Jacobus Deuren

K 5

Capi-

Sæc. XVIII Capituli Decanus, Joannes Georgius
 A. C. 1735. Landstroffius & Guilielmus Wolfgan-
 gus Molitor Canonici, necnon ex parte
 Magistratus Joannes Schuller, Geo-
 gius Büßern & Jost Philippus Schuller
 Scabini pro alterius Parochi electione
 convenerunt: cum vero paria essent
 suffragia, Scabini Canonicos rogarunt
 ut tribus suis suffragiis in illum, quem
 ipsi elegissent, accedere vellent. Re-
 nuere Canonici, ut pacis studium
 manque animorum conjunctionem
 novo specimine testatam redderent
 vero ejusmodi indulgentia eis noxae
 set, ad eorum postulata Magistratus
 die vigesima septima Novembris scrip-
 fidem suam obtrinxit, Canonicos
 vice accessisse, non ex debito, sed
 mera ac libera benevolentia, quin
 hoc antiquis juribus ex pacto anni 1294
 profluentibus ullum inferatur præjudi-
 cium. Rebus ita compositis confecta
 re Canonici, ut Biedermannus alio-
 sum avocaretur, qui decimo post anno
 scilicet sæculi currentis trigesimo primo
 obiit, in ejus vero locum Canonici
 Kirschgartum seniore[m] Mense Junio
 Pastorem primarium nominarunt, jur-
 runtque, ut jurato promitteret, se præ-
 ter Catholicam Religionem vel Augu-
 stanam confessionem nullam aliam doc-
 trinam traditurum aut investiturum
 Can

Cum autem ad finem ejusdem anni **Sæc. XVIII.**
 Kirschgartus denuo vivis eriperetur, **A. C. 1735.**
 Magistratus die vigesima quarta Janua-
 rii anni sequentis Funckenum in Mi-
 nisterii Seniore per Senatus Decre-
 tum declaravit, ad cujus tamen nomi-
 nationem Canonici concurrere detrec-
 tarunt, eoquod hic in suis declamatio-
 nibus contra Cæsaris edicta & pacem
 Westphalicam scommata, ac odii sui
 virus in Catholicam Religionem & Ca-
 tholicos pleno alveo effudisset. Hoc
 igitur rejecto Canonici Fleishmannum
 in Seniore elegerunt; consensere qui-
 dem tres Scabini, Magistratus tamen
 insciis Canoniciis novo huic Præconi sig-
 nificari jussit, ne pro installationis actu
 Ecclesiam adiret, priusquam Magistra-
 tus desuper statuisset: Nihilominus
 Præco, cum se ad pastorum tenorem
 legitime vocatum sciret, die undecima
 Februarii ad installationis actum præ-
 stituta Ecclesiam accessit, atque a Ca-
 nonicis, cum Scabini non compare-
 rent, in Seniore Pastorem confirma-
 tus est. Re comperta Magistratus
 Præconem adesse jussit, eique expro-
 brata inobedientia, Senatus consultum
 eadem adhuc die tradidit, vi cujus
 electio ejus in Seniore quidem rata
 fuit habita, eidem tamen inhibitum,
 ne Senioratus prærogativa ac præce-
 dentia

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

dentia uti, vel annexis juribus atque emolumentis frui præsumeret. Fata indignitas Præconem commovit, et apud Collegium Collegiatæ desuper quereretur: mox ergo Decanus ac Canonici hoc attentatum ad Archiepiscopum Trevirensis utpote Collegii Præpositum perscripsere: Hac igitur causa ad Cæsareo-Aulicum Imperiale Consilium delata contra Magistratum & Funckenum Præconem editum *mandatum de non contraveniendo electioni per Deputatos unanimiter factæ, dum impediendo electum in præcedentia, juris & prærogativis officio annexis, sed contra dicto decretum nulliter latum, cum resistente ne perceptorum.* Hæc Imperialis Consilii sententia die quarta Novembris Magistratui insinuata fuit. Illius tenor est sequens:

„Supra nominato Consuli ac Magistratui auctoritate Sacræ Cæsareæ Majestatis sub pœna quinque marcarum auri, quarum media pars Cæsareæ nostræ Cameræ, altera Capitulum remissibiliter solvenda erit, serio mandamus, ac volumus, ut insinuato et promulgato Cæsareo hoc nostro mandato, contra electionem per prædictum Capitulum & vestros Deputatos unanimiter factam Magistri Fleischmanni

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„manni nullatenus agatis, sed præ-
 „fato electo Parocho præcedentiam,
 „prærogativas, jura & emolumenta,
 „quæ ipsi tanquam Parocho ad exclu-
 „sionem ceterorum sibi subordinatorum
 „Sacellanorum competunt, ejusque in
 „hoc officio Præcessores potiti sunt,
 „asseratis, illum in eorum usu non præ-
 „pediatis, ac deinceps similia attenta-
 „re non præsumatis, sed potius ve-
 „strum nuperrime in favorem Funckeni
 „ex justis causis prætermitti decretum
 „die undecimo Februarii nulliter ema-
 „natum, & cetera omnia in Senatus
 „vestri tabulas inserta deleatis, ac an-
 „nulletis, percepta etiam restituatis,
 „cunctaque damna illata atque expen-
 „sas resarciatis & compensetis &c.“
 Attamen Calvinistæ pro more suo hoc
 Cæsaris decretum opposita sub- & ob-
 reptionis exceptione eludere intenti,
 propugnabant Præpositi ac Collegii que-
 relas inniti pacto anno 1292. inito, ac
 per Trevirensis Electorem tum Ordina-
 rium confirmato, necnon juri Diæcesano,
 vi autem pacis Westphalicæ nulli
 Catholico jurisdictionem Ecclesiasticam
 in Protestantes vel Prædicantes com-
 petere &c. Hæc tamen effugia Capitu-
 lum solide confutavit, demonstravit-
 que, salvum esse omni tempore jus
 suum *compatronatus & collecturæ*, atque
 in

Sæc. XVIII. in casu, quo eligentes præstituto tes-
 A. C. 1735. pore convenire non possent, in poenam
 diffensionis Parochi Calviniani infirmitas
 tio ad Ordinarium devolvi, & Capitulum ad poenam amotionis concurrere
 jus habere: Lite ergo rursus ad Consilium Aulico-Cæsareum perducta, die
 vigesima septima Januarii per novum
 mandatum Magistratui injunctum, executionem
 sententiæ nuper latæ intra terminum
 duorum mensium pareret: Nihilominus
 Magistratus datis ad Cæsarem litteris
 teris profitebatur quidem, se huic mandato
 (salvo tamen jure Sacrorum jurisdictionis
 Ecclesiasticæ) obtemperaturum, cuncta tamen in eo contenta
 refellere ausi sunt, & quidem I. nihil
 contra Fleischmannum, ejus electionem egisse II. inter
 suos Ecclesiasticos nullam dari subordinationem
 proinde nec præcedentiam, III. esse emolumenta,
 potissimis redditibus Capitulo relictis, ea vero,
 quæ prædecessores habuissent, etiam Fleischmanno
 esse attributa; extraordinarium autem a beneficentia
 Magistratus pendere IV. Falsum esse, quod
 Fleischmannus *justis de causis* exclusus fuerit
 V. Moris non esse, ut quæ ad posteritatem
 referuntur, & actis immutentur, deleantur,
 dein per Senatus decretum Fleischmanno nil
 denegari, quod

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

quod nulla sint Senioratus emolumenta & jura, eumque non minus percipere, quam Prædecessores percepissent &c. Has nimis arrogantes excusationes pro *sufficienti partitione* haberi, a Cæsare rogarunt, & quin illius responsum expectarent, pro more suo ad Ratisbonenses Protestantium Legatos, qui se *Corpus Evangelicum* vocant, querelas suas detulerunt, atque etiam hoc anno die vigesima secunda Octobris datis ad Cæsarem literis exposuere, I. præter alias innovationes post annum decretorium inuestas, Canonicos in Funckenum sua suffragia conferre recusasse, eo prætextu, quod convitia & probra Imperii legibus prohibita contra Religionem Catholicam effutiisset, cum tamen Catholici Concionatores quandoque etiam terminis ad feditiorum collimantibus utantur II. Conniventibus Scabinis Canonicos Fleischmannum exemplo hastenus inaudito ac Magistratu excluso installasse, & ad inobedientiam erga suum Magistratum induxisse III. Electorem atque Archiepiscopum abs dubio, instigante Capitulo mandatum ab Imperiali Aulico - Cæsareo Consilio extorsisse, vi cuius Fleischmanno jura & emolumenta Magistratui incognita tribuerentur, atque Trevirensi Archiepiscopo jus Diæcesal-

Sæc. XVIII
A. C. 1735

cesanum, & in casu dissensus eligentium
jus devolutionis ad Ordinarium alle-
gitur IV. Capitulum conari, ut sum-
ad electionem concurrenti jus exten-
deret, & ad statum, quo ante reforma-
tionem viguit, revocaret. His de cau-
sis Legati Protestantes petebant, ut Im-
perator Magistratus Wezlarieus
circa Sacra, ac inde dependentes
suos Prædicantes pro libitu nomi-
nandi, eisque stipendia assignandi pote-
stem, liberam salvamque conferre-
velit &c. Attamen hæc criminatio
usque adeo graves non videbantur,
propterea Cæsarei Consilii mandatum
revocandum esset.

Præterea hoc etiam anno levis con-
troverfia inter Imperatorem & Capitu-
lum Cathedrale Trevirense exorta est
ob Comitem Clementem de Manders-
scheid; hunc enim Imperator ad pro-
fatae Ecclesiæ Canonicatum nominare
rat, Capitulum vero illum acceptare re-
cusabat, eoquod ipsius prosapiam
præscriptos nobilitatis gradus non
cendisse causaretur: Verum Imperator
hanc agendi rationem Capitulo per Cæ-
sareum rescriptum acerbius expo-
nibat, eoquod de Nobilitatis contro-
versis cognoscendi jus soli Imperatori
pote Imperialis Nobilitatis Capiti con-
peteret.

§. XXVII

§. XXVIII.

*Austriacorum Emigrantium querelæ.*Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Quamvis jamjam sæpius Salinarum Operariis, qui in Austria Superiore ad Anisum misere decepti a fide Catholica defecerunt, ex Cæsaris mandato injunctum fuisset, ut vel Lutheri sectam, vel patriam missam facerent, nihilominus eorum non pauci vel exterius se Catholicos mentiti, vel sectam, quam ipsimet ignorabant, professi inter se privata habuerunt conventicula, in quibus uni cuidam vetiti dogmatis librum prælegenti ceteri aures dabant, aut Prædicantibus clam irrepentibus, & libellos venenata doctrina infectos dispergentibus, cantilenas decantabant; cum autem Curionibus & pagorum Præfectis serio imperatum esset, ut in merces ejusmodi noxias diligenter inquirerent, pœna etiam constituta in eos, qui clanculo convenisse, aut id genus pestium dolo retinuisse, vel abdidisse vel importasse convincerentur, inde accidit, ut hujus mandati transgressores in delicto deprehensi, Lincium non propter Religionem sed inobedientiam capti abducerentur; Hanc pœnam subiere duntaxat quatuor ceteris magis obstinati, qui spretis PP. Capucini.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. L

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

cinorum hortationibus & Prætorum
 nis animum ad imperata submittere
 tractarunt, & tamen ceteri in aper
 erupere querelas, perinde ac si ne
 quam gravibus, atque inhumanis
 juriis, calamitatibus, & ærumis
 odium suæ Religionis fuissent exagitati.
 Transmiserunt etiam Ratisbonam
 Corpus Evangelicorum literas, in
 bus sua conventicula disturbari suæ
 tæ exercitia impediri, & quosdam
 carceres raptari aliosque proscris
 runt, in suæ inscitæ favorem
 nullos S. Scripturæ textus capillatim
 trahunt, eosque tam absurde, im
 prie & distorte applicant, ut lecto
 reat, an stolidam pertinaciam dece
 tur, vel inscitæ misereatur, aut
 rum ineptias risu explodat: Simul
 insuper, se ardentissimo Lutheri
 tam amplectendi desiderio flagrare
 quantocitius calice sitim suam ex
 valeant, denique Ratisbonenses Le
 tos enixe rogabant, ut Principum
 testantium deprecatione interposi
 tum, prout ante centum annos eor
 Majores habuissent, in patria exerc
 vel ad Regionem, ubi publico suæ
 tæ exercitio frui possent, emigrare
 mitterentur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Non minus infulsa erat eorum supplicatio ad ipsum etiam Cæsarem directæ, in qua exponebant, se a Comite Serrau, duobus PP. Capucinis, aliisque Salinarum Administris fuisse admonitos, ut seposita hypocrisis larva ore & opere vel Catholicam fidem amplecterentur, vel ex Austria emigrarent, se intimo cordis dolore affici, quod tamdiu contra Christi, & D. Pauli præceptum, Dei Verbum palam profiteri erubuissent, nunc vero suorum tredecim, eoquod a Lutheri dogmate nullo pacto amoveri vellent, Lincium abductos in Transylvaniam emigrare iussos fuisse, eo autem ob futuræ vexationis metum proficisci noluisse, sed supplicasse, ut eorum tres vel quatuor cum Cæsarea sua Majestate colloqui, atque ex ipsius ore tale mandatum percipere possent, ceteroquin obtemperare paratissimi: se in rebus politicis debitam suis Superioribus obedientiam & fidem semper præstitisse, in rebus autem fidei se potius Deo quam hominibus obtemperare esse obstrictos. Se quidem ab ipsis Cæsareis Administris summa benevolentia Neoburgi exceptos, & cum suis uxoribus ac prolibus tuto ac maxima liberalitate in Transylvaniam deductos fuisse, facta pollicitatione, de plena sectam profitendi li-

L 2

berta-

Sæc. XVIII.

A. C. 1735

bertate, & Cæsaris patrocínio; se jactare
 rogare veniam ob pertinaciam, quam
 hanc Regionem transmigrare recu-
 sent, nunc vero maximas referre gra-
 tes ob immensa beneficia a Cæsare per-
 cepta, eidemque totique Cæsareæ Do-
 mui felix faustumque Regimen, vitam
 & salutem, necnon Davidis pietatem
 Salomonis sapientiam, & Samsonis
 fortitudinem adversus impios illius
 testes a Deo precari &c. Atque expo-
 re, ut Austriacæ Domus inimici
 fundantur, sicut obstinatus Rex
 raio in mari demersus est & sicut
 vocem Josue sol usque ad hostium
 ternecionem substitit, & Rex Hissari
 per Angelum exterminatorem centum
 octoginta quinque Assyriorum millia
 una nocte interfecit, ita &c. Hæc
 grantes Austriaci in literis ad Cæsarem
 datis exponebant, longe aliter vero
 Protestantes scribebant hi Apostatae
 Bohemia, Carinthia, Styria, Silesia
 & alibi degentes; nam frequenter
 malitiose confictas vexationes, atque
 injurias ipsis illatas Protestantibus
 gatis Ratisbonæ agentibus exponebant
 hinc Mense Martio ibidem conclusum
 est, Austriacos Legatos tam Ratisbonæ
 quam Viennæ agentes esse rogandos,
 ne hisce flebile emigrandi beneficium
 adeo difficile redderetur, nec ipsis in
 patria

patria privatum Religionis exercitium tam severis pœnis inhiberetur. Ipse etiam Danckelmanus Bouruffiæ Regis Orator apud Cæsarum Ministros querebatur, quod hi fidei Catholicæ desertores in Bohemia durius haberetur, & quidem eo tempore, quo Principes A Catholicis ad incrementum Austriacæ Domus haud parum contulissent, quapropter hic Orator rogabat, ut Cæsar his apostatis aut liberum sectæ exercitium, aut emigrandi beneficium indulgere velit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. XXIX.

Prætensæ Emigrantium vexationes falsitatis convictæ.

Nil solemnius est transfugis atque apostatis, nisi quod confictis vexationibus, quas a suis Principibus Catholicis injuste exantlasse comminiscuntur, suam perfidiam colorare nitantur: Eo artificio pariter utebantur Emigrantes tam Salisburgenses, quam Austriaci, qui, ut Protestantium miserationem, & patrociniū, necnon beneficas illorum, ad quos transierunt, manus sibi conciliarent, scommata in Ecclesiam, Sacerdotes, Principes, & Catholicos præcipientibus Prædicantibus, velut

Sæc. XVIII. psitaci sine rubore effutierunt, & sine
 A. C. 1735. omni vexationum genere ob Religionem recens adoptatam oppressos fuisse sine fronte mentiti sunt: Inde iterum Protestantium querelæ adversus Principes, a quorum fide & obsequio fidei defecerunt, oriebantur; nec igitur erat, ut facti veritas, atque innocentia universo Orbi patefceret: sine Salisburgensis Princeps atque Archiepiscopus promulgato sæpius disceptate testatum reddidit, illos, quibus multa pecuniaria, aut carcerum castigatio, aut latenus ob mutatam Religionem, propter seditiosos motus, iteratam sectorum librorum investitionem, lectionem, Conciones, & populi seditionem omni tempore & lege prohibita poenas dedisse. Pariter hoc anno quarta Aprilis Excellentissimus Comes de Goes Cæsareus Carinthiæ Praefectus Emigrantium calumnias datis Ratisbonensia Comitia, ac Barones de Palm Cæsareum Directorialem legatum Clagenfordia literis confutatum atque in veritatis subsidium testatum reddidit, primam ejus sollicitudinem eo abiisse, ut neminem ob Religionem sed duntaxat de seditione aut aliorum seditione convictos, proin publicæ pacis per Rebellionem turbatæ coriphæ

plecti, e contrario Juventutem in fide Sæc. XVIII.
 Catholica tam probe instrui juberet, A.C. 1735.
 ut hi sano judicio veram a falsa Reli-
 gione discernere, ac feligere possent,
 quin propterea Cæsari imputari vale-
 ret, ipsum velle in suis Provinciis Re-
 ligionem A catholicam, ejusque exer-
 citium tolerare, cum satis superque
 notum esset, quod hujates A catholici
 ex insigni petulantia, & mera inscitia
 a fide defecerint, & Cæsar per inna-
 tam suam Clementiam, infelicem ho-
 rum sortem commiseratur, quamvis
 aliunde non pauci tumultuantes nunc
 sicut jam olim in tantas prolapsi sint in-
 solentias, quales Imperii Principum nul-
 lus ea, qua Imperator, mansuetudine
 dissimularet.

His præmissis Præfectus addebat,
 se brevitatis studio, prætermis-
 sibus excessibus præterito sæculo, &
 triginta abhinc annis, prout publica
 acta testantur, perpetratis, duntaxat
 recolere calumnias, scommata & blas-
 phemias Christiano indignas contra fi-
 dem Catholicam effusas, sacras ima-
 gines stercore in publicis plateis con-
 taminatas, contemptus ac irreveren-
 tias Sacro Viatico ad ægros delato fac-
 tas, horrendas dejectiones adversus
 Catholicos in publicis popinis accumu-
 L. 4. latas,

Sæc. XVIII. A. C. 1735. latas, Sacrumque Missæ Sacrificium
 ceu idololatriam, atque abominabilem
 nem a petulanti rusticorum factione deri-
 risum &c. quinimo hos Rebelles auferre
 fuisse, publica Religionis Acatholicæ
 exercitia propria auctoritate invehere
 suosque deputatos ultra sex octo, & de-
 cem leucas ad integros pagos & oppida
 ablegare, non tam ut incolas ad salutem
 suæ societatem sollicitarent, quam ut
 aucta suorum factione Principum legitimo
 validius sese opponere possent. Postea
 Præfectus ad notoria eorum delicta descendit,
 atque enarravit. Quod Poelandiæ, Niggelstorffii &
 sterinii in tres Catholicorum Ecclesiarum
 vi irruerint, ac ferme trecenti viri
 agmine irruentes contra omnes Imperatoris
 Constitutiones proprio Marte hæreticæ
 sectæ actus publice exercuerint. Quod
 spreta sacra & profana potestatis
 palam effutierint, Catholicos sacrificios
 neci esse dandos, Nobiles & Prælatos
 res eijciendos; unde crescente eorum
 petulantia vix Prætorum ullum a motus
 periculo securum fuisse: Nihilominus
 dissimulatis his omnibus, dumtaxat
 coitiones & conventicula publici
 status quieti noxia fuisse prohibita,
 cetero, ut gravamina ab eis propolita
 tollerentur, a Cæsare mandatum est
 interim publico proclamate prohibita

ne alios seducere attentarent. III. Sæc. XVIII.
 Quod vilipenso hoc interdicto suas con- A. C. 1735.

tinuarint coitiones, quarum duo Antesignani die vigesima secunda Octobris custodiæ dati mox tamen die decima quarta Novembris dimissi sint.

IV. Quod hanc Cæsaris Clementiam interpretati sint, perinde ac si injuste fuissent vexati, ac propterea anni prioris die decima quarta Julii intra octo leucarum districtum cum vicinis rusticis conjurationes & fœdera injerint; Ecclesias vi infregerint, & publica suæ sectæ exercitia ubique invexerint.

V. Quod, cum per invictam Cæsaris moderationem non nisi prius interdictum fuisset innovatum, & hi rustici serio admoniti ac castigati, non tamen alieno damno sapere voluerint, sed abjecta omni obsequendi voluntate suas factiones auxerint, & veluti Republica inter se conflata nulli Principi nullique ejus Administro debitam obedientiam præstiterint. His recensitis Comes exposuit, quod non obstantibus tot sceleribus, usque in hanc tamen diem nullus ob solam A catholicam fidem custodiæ datus aut minima pœna multatus fuerit, sed horrenda prorsus facta, quorum integer catalogus ex actis publicis exhiberi posset, exemplo hæcenus inaudito fuerint dissimulata. Tandem

L 5

vero

Sæc. XVIII. vero, prosequatur Comes, ratio
 tus deposcebat, ut quatuor ex illorum
 A. C. 1735. Deputatis, non propter Religionem
 sed ob conjurationes die decima quarta
 Julii comprehenderentur, præter
 alios quosdam, qui anno priori con-
 cessa Principis gratia abusi sunt, &
 præprimis ille, qui centum aliis factis
 sis stipatus, Feistritzensem Parochiam
 hostiliter invadere attentabat, &
 tres, qui violata publica pace Eccle-
 siam præfatam violenter infregerunt
 ac denique quatuor illi, qui Præcon-
 officio fungentes, publica sectæ ere-
 citia facere præsumperunt. Cum
 pariter custodiæ datus est Michael Ba-
 ger, qui semel venerabilem Parochiam
 ad S. Baternionem cum quadraginta
 suorum cohorte aggressus, illum in
 pactis in faciem alapis usque ad san-
 guinis effusionem verberavit. Hi duo
 decim tumultuantes, quamvis ob
 ditiones capitis poenam fuissent prom-
 riti, nihilominus ex singulari Cæsaris
 clementia die prima Octobris una cum
 militum supplemento in Transylvania
 deportati sunt, ubi non modo optimè
 habitati, sed insuper ad eorum vota sine
 ulla comminatione suas mulieres, &
 adultas proles recepere: Cum autem
 duodecim ex his Emigrantibus saltem
 Ratisbonam perscripissent, quod es-
 rap

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

rum plures ferro & catenis onusti abducti fuerint, Præfectus hoc mendacium confutavit, asserendo, quod anno priori mille ducenti sexaginta sex, & hoc anno ferme totidem militiæ tyrones ex Carinthia ad supplendas legiones fuerint selecti, & ex his quidem ad summum septuaginta quatuor se Lutheri sectam amplecti declararint, atque inter eos fuerint præfati duodecim Ratisbonensis mendacii Architecti: quosdam vero milites conscribi, nullam poenæ speciem referat, eoquod hoc cuilibet Principi integrum sit, & præcipue in Carinthia, ubi strumosorum & aliunde inhabilium maximus est numerus, proin habiles seligere necesse est: aliunde vero hi omnes ne uno quidem momento in vincula coniecti fuerint, sed ductore Diverrio Neuburgensis legionis Locumtenente libere Mediolanum abducti: Referebat quoque Comes, quod Ortenburgensis Prætor duodecim ejusmodi tyrones submittere iussus, quosdam de variis delictis, iterata contumacia, ac inobedientia convictos militiæ tradiderit, hi autem lubenti animo obsecuti sint, proin illis nulla vis illata:

Postmodum hujus Provinciæ Præfectus calumniam de ablata conscientia

Sæc. XVIII.
A. C. 1735

tiæ libertate refellendam aggressus demonstrabat, Cæsarem quidem Religionis Acatholicæ exercitium tolerare nolle, nec ad id adstringi posse, trans fugos tamen subditos eorumque mulieres sine ulla comminatione fuisse dimissos, etsi contra hosce petulantes & exteros Principes recurrentes, & patriæ legibus repugnantes jure animi vertere potuisset; eorum tamen imberes proles sine omni vi aut coactione unice ideo fuisse detentas, quia eorum Matres de prospero Maritorum informatæ iter suum tanta festinatione maturarint, ut illæ tam cito in Transylvaniam mitti haud potuerint, transmittendæ, nunc autem apud Turcos largiter habitæ. Catholicorum quidem Parochorum defectum fuisse suppletum horumque Pastoralis vigilia ex rudibus hisce tumultuantibus paucos ad fidem obsequiumque reuocatos, & a Mense Julio nullum omnino ad Lutheri castra transisse, quin imo plurimos suam in vera fide infirmitiam deplorantes, omni die magno numero ad Ecclesiæ gremium sponte reuersos esse, nullum ergo dari locum querelis de vi conscientie illata. Et his falsitatis convinci I. quod omni die plures ad sectam transeant, cum jam per novem Menses nec ullus de eorum

modi transitu cogitarit, se ex mera ignorantia dubium in fide habuisse, una omnes fateantur, & singulis diebus plusquam septuaginta in Ecclesiis publice fidem Catholicam profiteantur, imo etiam in silvestribus pagis habitantes, qui Ecclesia carebant, nunc (exceptis tribus vel quatuor Coriphæis) Ecclesiam & Catholicum Pastorem expectant, quorum etiam votis proxime fiet satis. II. Quod plurimi ob Religionem comminata narium auriumque abscissione ac exilio multati fuerint; nam solus Michael Rainer perditæ vitæ ac temulentus Vir die quarta Martii Transylvaniam delatus est, quia duorum filiorum Privignus eos, & Patrem suum agonizantem seducere, ipse eisdem Sacramenta administrare, & Sacerdotes Catholicos, præter alia scandalosa facta, vi abigere attentavit: quæ de Matthæo Grueber sparsa fuissent, omnino ignorari; Matthæus vero Hübel ejusque Frater Petrus Franckenbergius, & Loyber, ob frequentissima conventicula, magno numero & nocte habita, ob seditiosas conciones, & divitum etiam rusticorum seductiones ac ob immisos libros Lutheri veneno infectos sine ulla alia molestia in Transylvaniam emigrarint, Christianus vero Mauer Sutor, sponte militiæ nomen dederit,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII,
A. C. 1735.

dederit, & Martinus Graf & Joann
Ortner necnon Jacobus Prauner qui
vis ob concitatos tumultus gran
pœna dignissimi essent, sine ulla tamen
positione militiæ adscripti fuerint.
Falsum quod abductorum bona fue
conscripta: ædes venditæ, & pecun
ac emptionis instrumenta vi ablata
quippe hæc conscriptio ideo facta
mulieribus discessuris relicta bona
possent, de auferendis instrumentis
somniautum quidem. IV. Quod in
ternionensi Pago plures currus
ratis onusti abducti fuerint, Jan
Schmollingerus per biennium in carcerem
contabuerit, pari supplicio Georgius
Perger, Nicolaus Moser, Martinus
Aussenklamer, Christophorus Logleus
& ob Religionem Gramlingus
ctati: Falsa hæc esse ostendit Prauner
tus, quia his curribus Emigrantium
uxores ex pago suas suppellectilem
abuxerunt, Schmollingerus autem
ligionem Catholicam Clagenfordiensi
fessus ob alia delicta ad opus publicum
condemnatus, Georgius Perger in
cto *fractæ urphedæ*, & ob corrasas
tas pecunias ex seductionis questu
stas, Aussenklamerus & Moserus pro
ter conflatam seditionem, Gramlingus
gus ob furtum & violatam *Urphe*
Logleus ob inçestum criminali pe

fuerunt castigati & in Transylvaniam obtenta libertate abducti. V. quod ex Carinthia emigrandi facultas eis fuerit interdicta, hoc autem falsum esse patuit, quia intra ultimum quadrimestre omnino viginti quatuor rustici libere abierint, eorumque relictæ uxores ex Præfecto sciscitatæ fuerint, an si reversuri essent earum Mariti, denuo suis bonis frui possent? quibus affirmando responsum est.

His ita declaratis Præfectus querebatur, quod Ratisbonæ studiose ac impune alerentur Emissarii, qui identidem libros pestifero dogmate turgidos in Carinthiam invehunt, & populos seducunt, cum tamen, si Catholici ejusmodi Missionarios ad concitandos Protestantium subditos emitterent, ac conducerent, absque omni tergiversatione ac judicii strepitu ab eis severe punirentur: de cetero addebat Præfectus, optandum foret, ut tales transfugæ, qui ob Religionis causam sibi vel minimam molestiam fuisse illatam comprobare nequeunt, Ratisbonæ non tolerarentur, sed jure reciproco ad legitimum suum Principem remitterentur.

Cum autem perfidi hi transfugæ denuo novis mendaciis Ratisbonæ Corpori Evangelico imponerent, ac propterea

Sæc. XVIII. terea Protestantes Legati die decima
A. C. 1735 nona Martii apud Cæsareos. Mi-
 stros quererentur, hinc ejusdem Præ-
 vinciae Præfectus die decima quinta
 Aprilis cunctas eorum falsitates com-
 tavit, demonstrando 1. falsum esse
 quod recens quadraginta tres adolescen-
 tes apostatæ ad militiam fuerint ad-
 ti; eoquod intra duos menses nullus
 militum delectus fuisset habitus
 Falso fuisse expositum, quod ob
 torum librorum lectionem plures
 rint custodiæ dati, libri combusti
 ab igne illæsi &c. nam numerosa
 dem & nocturna conventicula, ali-
 de nullibi permessa (*), fuerint
 dem prohibita, neminem tamen
 vel solus, vel cum suis Lutherana
 librum legit, vel minimam poenam
 disse, nec ei unquam nisi in priva-

(*) Gothanus Princeps anno 1733.
 Baruthanus Marchio anno 1733. aliique Præ-
 cipes A catholici in suis ditionibus privata
 etiam Religionis conventicula Erba
 Stunden, haberi ob pericula publica, & Re-
 data prohibuerunt, & Princeps Catholicus
 alienæ Religionis conventicula, si haberi per-
 hibet, tanquam Religionis insectator accu-
 tur?

conventiculis libros fuisse ablatos illos Sæc. XVIII.
autem libros, qui clam fuerunt com- A. C. 1735.
busti, fuisse ab eis vel sponte oblatos,
vel a Catholicis coemptas, nil autem
magis mirum esse, quam quod Prote-
stantes ad miracula confugiant, com-
miniscentes, quod libri pestiferi in igne
illæsi remanserint, & quia nullo pacto
comburari potuerunt, eos in frustra dis-
cerpi, necesse fuerit; Ast ad extir-
pandos hosce libros plane nec miracu-
lo nec mendacio opus fuisset: III. Mu-
lierem triginta plagis ob Religionem
fuisse castigatam, omnino ignorari.
IV. Confictum esse, quod uxores car-
ceri datæ, & impuberes infantes re-
tenti & ad fidem Catholicam coacti
fuerint, quippe uxores ultro & cum
tanta festinatione in Transylvaniam
mitti petierunt, ut interim impuberes
proles apud Tutores educari efflagita-
rent; quod autem infantes, qui *nec*
velle nec nolle, habent, in Catholica fi-
de educantur, id Provinciæ conditio
exigat, quia ibi dudum ante annum
decretorium præter Catholicam nulla
alia Religio fuit tolerata.

§. XXX.

*Austriæ superioris Emigrantium ca-
lumnice pariter confutatae.*

Hist. Eccles. Tom. LXXV. M Haud

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Haud minori petulantia Salinarum Operarii supra Anisum habitant ad Corpus Evangelicorum seu potius ad Protestantium Principum Legationem Ratisbonenses ex Parochia Goyferi quosdam die vigesima sexta Februarii ablegarunt, unacum epistola, in qua se ob Religionem maximis calamitatibus affligi mentiebantur. Hujus epistolæ extractum Carolus Barthelemy Palm Austriaco-Burgundicus Imperialis Legatus ad Comitem de Salmheim hujus Provinciæ Præfectus quinta Aprilis transmisit, ut in veritatem inquireret, oppressionem, si esset, tolleret, vel si falsa fuissent expostiones referret, ut quicquid ab hisce translatum, ne speciem quidem veritatis habere, Protestantibus ostendi poterat. Perlecto hoc excerpto Præfectus miranda non minus ac proterva mentis crassa ab hisce fidei desertoribus fuisset cogitata eo magis mirabatur, quod Imperator illis privatum ac domesticæ sectæ suæ exercitium connivendo indulserat: Hac tamen gratia, perhibebat Præfectus, haud contenti hinc obstinaces, insuperhabito Cæsaris mandato ac interdicto publica conventus habere, atque in eis vetitos libros agere, & nescio quas preces decantare.

re præsumperunt; & quamvis petulan-
tiores tanquam Cæsarei mandati con-
temptores custodiæ dati fuissent, cete-
ri tamen palam convenire, & sine fron-
te declarare non abhorruerunt, frustra
sibi hæc conventicula prohiberi, sed
eis vel publicum Religionis exercitium,
vel ad exterarum Protestantium Regiones
emigrandi copiam esse dandam. Sæpius
Cæsari fuisse propositum, a jebat Præfec-
tus, an non foret consultum, ut saltem ma-
gis obstinati, ac malitiosi in Transylvaniam
compensatis eorum bonis, mitteren-
tur, aut innupti de conventiculis, & ce-
terorum Catholicorum seductione, Cæ-
sarei mandati contemptu, ac de carnis
vitio, quod inter hosce apostatas ve-
lut Religionis suæ tessera frequentissi-
mum ac ferme commune est, convic-
ti, in militiam nomina dare, juberentur:
Cum autem ad hoc nondum Cæsareæ
Commissionis declaratio fuisset
facta, hos in sua pertinacia obfirmatos
perstitisse, referebat Præfectus, qui
eorum mendacia Ratisbonæ exposita
refellere aggressus, præcipue falsissi-
mum esse comprobabat. I. Quod in
infantium suorum Baptismate eis non
concedantur Patrini. II. Quod ex hæ-
reditate illorum, qui in Transylvaniam
emigrarunt, tributum fuerit exactum;
ad primum enim respondit, nullum
circa Patrilios a Cæsare interdictum
fuisse

Sæc. XVIII. fuisse factum, Episcopum vero Padi-
 A. C. 1735. viensem duntaxat præcepisse, ut Pat-
 norum Lutheranorum nomina Bapti-
 mali libro non inscriberentur, sed tan-
 tum *ut testes* admitterentur, & æditur
 Patrinorum loco responderet, ejusque
 nomen præfato infereretur libro: ali-
 ram vero criminationem diluit, oste-
 dendo, quod Imperator his emigran-
 bus ad eorum petitionem transitus præ-
 stationem clementissime remisit.
 autem fors (quod tamen ignorat)
 Wildensteinensis Prætor eam exegit,
 immerito Lutherani quererentur, quod
 jure omnibus communi ex migran-
 subditorum ejusmodi præstatio Præ-
 pi debetur &c.

§. XXXI.

Continuati Corsorum tumultus.

Insuperhabita conventionem anno præ-
 cum Genuensibus, sponsore ipso Cor-
 sare inita Corsi hoc anno rebellio-
 flammam latius foediusque propaga-
 runt; præprimis ergo ductoribus Genu-
 sto & Petro de Ornano Vescovati mun-
 menta, ex quibus nuper deturba-
 erant, rursus occuparunt, totamque
 Bolognæ Provinciam suis armis subie-
 cerunt: Nec in his auspiciis stetit Cor-
 sorum

forum animositas ad excutiendum alicuius imperii jugum obfirmata; cum enim Genuensis Senatus Deputatos in Corsicam ablegaret, qui consuetum colligerent tributum, Corsi non modo hos ægris oculis aspiciebant, sed etiam Ruffinensis Vallis incolæ in eos, cum vim adhibere vellent, facto impetu unacum eorum militibus captos abducebant. Ea res summopere afflixerat Bastiæ Governatorem, qui novos hosce tumultus tempestive suppressurus cum trecentis præsidiariis in Rebelles irruit, adverso tamen Marte pugnans cum omnibus suis impune captus est. Hoc successu Corsi animosiores facti Cortense castellum Mense Aprili obsidione cingunt, ac reportata inde præda longe pinguissima illud expugnant, pacta præsidiariis vitæ gratia. Cum ergo Genuensibus omnia prorsus adversa fluerent, & aliunde seditiosis auxiliares cohortes & arma clam ab Hispanis submitti metuerent, hinc denuo Petrum Marcum Giustinianum, & Hugonem de Fuesco Legatos Mense Augusto ad rebellionis capita decrevere, qui cum eis de reddenda pace, novisque concordie articulis paciscerentur. Attamen horum suasionibus ferme nihil profectum, Genuenses enim de præteritis suis juribus parum remittere,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. voluerunt & Corsi omnem transactionem
 A. C. 1735. respuerunt, nisi prævie omnia eis pri-
 vilegia ac libertates redderentur, co-
 ctisque Insulæ Episcopatibus indige-
 præficerentur. Præterea petebant,
 captis omnibus in libertatem affec-
 quoddam armamentarium eorum
 testati traderetur, & pacificationis
 ticuli auctoritate & fide cujusdam
 tentis Regis firmarentur: Has con-
 tiones cum Genuensis Senatus nimis
 asperas, minusque decentes fore
 traretur, suos pariter Legatos re-
 bat. Paulopost constante fama
 fide dignorum sermone divulgatum
 nil propius, certiusque esse, quod
 quod Hispani laboranti Insulæ valde
 suppetias mitterent: quapropter
 nuensis Senatus nulla mora Joannem
 Lucam Spinolam & Octavium Grim-
 dium Oratores ablegavit, qui Cor-
 æquiores concordie leges proponere-
 nec tamen horum magis prospera
 pacificatio; Corsi enim in Reipublicæ
 promissis tutam sibi fidem nunquam
 fore rati, pristinis suis postulatis
 mius insistebant, concepta ex in fide
 quod quidam Hispanæ legionis Tri-
 nus unacum pluribus inferioris gra-
 Centurionibus tum ad eorum castra
 transfret, ac quingentos Scylos ad-
 veheret: Inde Corsi ampliora sibi po-
 lita

liciti, in pluribus locis Hispani Regis Sæc. XVIII.
 vexilla erigunt, Orticone Canonico A. C. 1735.
 Madritum misso, Regis opem implo-
 rant, fuzæque Insulæ dominium eidem
 offerunt. Cum autem ea tum esset
 temporum iniquitas, ut alienis novis-
 que turbis sese ingerere, haud consul-
 tum censerent Hispani, accepta repul-
 sa Corsi excusso omni jugo proprium
 Regnum erigere, novumque sibi, qui
 illud gubernaret, Senatum constituere
 decernunt: Eo fine viginti duas impe-
 rii sui fundamentales leges sanciunt,
 in supremum belli Imperatorem nomi-
 nant Aittilium, qui inter Rebellionis ca-
 pita ceteris rei militaris scientia præ-
 stantior erat: Huic Senatores adjun-
 gunt Cicaldum, Paolaum, Giasserium,
 Fabianium, Arrighium & Costam,
 Rivarolam vero militiæ Præfectum di-
 cunt: Rebus ita constitutis bellum ad-
 versus Genuenses velut capitales ho-
 stes suos, omni vi & ferocia prosequ-
 untur, ac quoscunque infausta fors eis
 in manus dederat, vel ad ignominiam
 vestibus exutos, nudosque per castra
 raptant, aut in frustra concidunt; con-
 tinuata rabie Polludellanam arcem ex-
 pugnant, & quocunque demum hosti-
 libus suis armis perrumpunt, omnia
 ferro flammaque vastant, campanas in
 belli tormenta fundunt, & mille selo-
 pos

Sæc. XVIII
A. C. 1735

pos cum ingenti plumbi ac pulveris nitrii copia ab exteris submissa in se distribuunt, ad unum omnes extremæque potius, quam Genuensium terrarum rannidem tolerare parati: Acuebant enim haud parum animorum asperitatem violentissimum in Corsos imperium Felicis Pinelli Gubernatoris, qui præterea officio amotus, die undecima Februarii non sine maxima indignatione Genuam reverti iussus est. Successerat eidem Paulus Joannes Bonifacio Rivarola, in quo magna erat lenitas mollisque ad deponendam offensivam indoles. Hic nullum non movit impetum, ut exasperatos Corsorum animos placaret, & precibus ac promissis ad saniora reduceret consilia. Voluit etiam non parum ad optati successus spem intestinum, quo inter se laborabant seditionis Coryphæi diffidius quod novus Gubernator in rem sua dextere vertit, & ex Primoribus nullos mirifice sibi conciliavit. Verum bene cæpta intempestiva evertit arrogantia Genuensium, qui si ad præsertim conditiones Corsorum respondere, dignarentur, suæ Majestati dignitatique plurimum derogatum iri celebant. Ea tum erat Corsicani tumultus facies usque ad annum sequentem quo ob restrictam Gubernatoris facultatem

tem Genuensium res in pejus ruebant, tantamque Bastiæ præfidiariis trepidationem ingerebant, ut extra arcis mœnia copias in aciem producere non auderent. Inde vero Corsorum animositas adeo excreverat, ut cum Rivarola Governatore acturi, duras admodum hæc concordiæ leges pro summo Imperio dictarent. I. Nullum aliud Genuensi Reipublicæ reliquum sit jus in Insulam, nisi ut ad exigenda consueta tributa, tuendam Incolarum libertatem, & ad dijudicandas capitales causas Protectores ablegare posset. II. Civiles causas cognoscendi jus, respubli- ca Genuensis remittat, utpote quas Senatus a Genuensi nullatenus dependens Bastiæ deinceps decidat. III. Inter utramque partem conveniatur, quot copias Respublica in Insula alere, ac quænam loca præfidiario suo milite munire intendat. Verum Genuenses, cum hæc pacta haud toleranda crederent, aliunde vero exteri Principis opem sibi polliceri non possent, habito suorum delectu armis obedientiam extorquere decrevere: Corsi autem rapido victoriarum cursu universam pene Insulam emensi munitissimam Campoloranam arcem expugnarunt, & Sancti Peregrini propugnaculum apposito quatuor milium agmine cinxerunt. Nil

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

M 5

equi-

Sæc. XVIII. equidem intentatum reliquerat Riva
 A. C. 1735. la Gubernator, ut infestos Corsorum
 progressus sisteret; at ubi vel maximè
 nervos, omnemque industriam
 bellicum apparatus intendere
 perat, novam faciem Corsicæ
 induebant; die enim quinta Ap
 Bastia nuntiatum, Anglicano nav
 ad Alerianum Corsicæ portum app
 sum fuisse Principem, qui coccin
 gam pellibus mustelæ Scythicæ
 tam indutus, ac duobus Adm
 Secretario, Confessario aliisque
 decem famulis stipatus decem ma
 molis machinas bellicas, quater
 sclopos, magnumque belli & frum
 apparatus, nec non plures cistas
 mis, & duobus ut fertur, millib
 bus Thalerorum refertas secum att
 Quo genere, qua domo, & patria
 bilis hic Advena esset, diversa diver
 rum erat opinio, alii Ragozzium Pr
 cipem, alii primæ Nobilitatis Angl
 a Prætendente emissum, alii Rip
 dam vel Bonnevalium, aut famo
 illum Alchymistam Baronem de Sybo
 esse conjectabant: id magis certum
 debatur, quod Religione Catholic
 nomine Theodorus, patria Westph
 lus, & ex stemmate de Neuhoff ort
 esset. Hunc Corsicæ gentis Primor
 summis honorum testificationibus
 cipis

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

capiunt, primo excellentissimæ Domina-
 tionis, postea Pro-Regis titulo decorant,
 ac demum libero in campo Corsicæ Re-
 gem eligunt, & viridi corona insigni-
 niunt, præmissa tamen capitulatione,
 quæ novemdecim articulos complectebatur,
 ex quibus primus his verbis
 conceptus erat: *Theodorus Baro de*
Neuhoff in Monarcham, primumque hujus
Regni Regem electus sit, ea tamen lege, ut
non modo ipse ad dies vitæ, sed & ejus
posteri masculi, attentæ natiuitatis lege,
& ætatis ordine, & deficientibus masculis
hæredibus, ejus Filicæ juxta præfatum or-
dinem regnent, & omnes tamen in hoc solio
succedentes Religioni Romano-Catholicæ
sint addicti, & sicut præfatus Baro in
Regno sedem figat, ita & illi. Quinto
 autem articulo decretum, ut Rex,
 ejusque Successores ex Corsis fideliori-
 bus ac dignioribus Assessores habeat vi-
 ginti quatuor, quorum tres semper in
 ejus Aula versentur, & sine eorum
 consensu Rex nihil gravius tam circa
 pacem quam bellum statuatur: Reliquis
 articulis potissimum petebantur Genu-
 enses, quos Rex proscriptis eorum bonis
 toto Regno exesse jubeat, tributa &
 exactiones imminuat, Academiam &
 Ordinem Equestrem in Regno erigat,
 ad honores & officia non nisi Corsos
 evehat, ac denique ultra mille ducen-
 tos

Sæc. XVIII. A. C. 1735. tos milites externos ne introducat. & Quamprimum ergo personatus hic Regiminis sui comoediam sat lepidam exhibere cœperat, novos Comites Marchiones, & Barones, quibus præcipua Regni munia tribuerentur, creavit & quidem Comitum dignitate auctoritate Costam, Cefforium, Arighium, Fabianum, Jacobitomum, Taglionem & Castimettam: Marchiones vero dedit Matram, Giasserium, Aitellium, Paolium, rebellionis Coryphæos, & suo Rege haud impares Administratores ex ceteris Theodorus Equestrem constituit Ordinem, & ne quid Regiæ Majestatis juribus deesset, monetariorum facultate usus, & nummos aureos curavit fecit, quorum recta frons imaginem Regis cum hac epigraphe: *Theodorus Dei Gratia unanimi consensu electus Rex & Princeps Regni Corsici* præseferbat. in postica autem parte hoc lemma inscribatur: *Prudentia & industria vincunt tyrannos*: argentæ etiam monetæ condegebantur, in quarum adversa fronte erat corona tribus palmis intertexta in ejus medio literæ: T. R. in averfa autem facie hæc epigraphe: *Pro bono publico Corsico*: aliæ novæ ejusmodi monetæ erant signatæ effigie Beate Virginis sine labe conceptæ cum hac inscriptione: *Monstra te esse Matrem*: in

adversa autem parte hæc verba: *Theo-* Sæc. XVIII.
dorus Rex Corsicæ, unacum hujus Reg- A. C. 1735.
 ni insignibus. Ita unica dies, ex re-
 bellionis ovo recens exclusit Regem,
 Comites, Marchiones, Senatores, &
 novam Majestatem.

§. XXXII.

Theodori scenici Regis Corsicani ef-
figies a Genuensibus ad-
umbrata.

Inexpectata ignoti hujus Advenæ fa-
 ma Genuenses vehementer perculit;
 bellicus enim, quem secum advexerat,
 apparatus, ingens auri copia, & va-
 lidioris adhuc auxilii pollicitatio haud
 levem metum ac suspicionem ingesse-
 rat, hunc hominem, in Genuensis
 Reipublicæ excidium a potenti quodam
 Rege fuisse submissum: Ut ergo ab hac
 formidine nonnihil respirarent, sum-
 mam curam, studiumque adhibent, ut
 in hujus Viri cognitionem, & latentis
 consilii notitiam pervenirent: Nec se-
 dulæ inquisitioni defuit desiderata rela-
 tio; quippe acceptis undique literis
 compererunt, umbratilem hunc Re-
 gem nonnisi privatæ conditionis homi-
 nem, temerarium fortunæ affectato-
 rem, fraudibus totum ac fallaciis con-
 futum:

Sæc. XVIII futum: Ut ergo Genuenses detra
 A. C. 1735. hujus Viri larva Corfos ab ejus ob
 quio ac fiducia abstraherent, oppo
 necessarium duxere, publico diplom
 te ad eos transmissio, ac in publi
 compitis affixo haustam rei notitia
 cunctis patefacere: Die ergo nona
 Genuensis Dux, Gubernatores ac
 publicæ Procuratores exposuerunt,
 bi innotuisse, quod quidam homo
 ciem Asiatici vestitus referens, cu
 bellico varii generis apparatu memo
 ria Anglici Naucleri Dickii nave
 rianum Corsici Regni portum tenuit
 hunc vero exscensione facta hujus
 puli amorem sibi conciliaffe, alia
 que armis, pulvere nitrio &c. & p
 fufis pecuniis, factaque validioris
 xilli pollicitatione Regni subditos
 usque non sine magna sollicitudine
 faniora animatos, novis tumultibus
 ac consiliis publicæ tranquillitati co
 trariis concitasse. His præmissis re
 rebant, se ex indiciis ac testimonio
 fide dignissimis notum habere, hunc
 Advenam patria Westphalum, in Co
 sica Theodorum Baronem de Neuburg
 vocari, & variis in locis se Alchimista
 stam, & plurium arcanorum jactantiss
 peritissimum, cetera nonnisi errabat
 dum, & huc illucque vagari assuetum
 varia, plerumque sinistra fortuna jactat
 tatus

tatum fuisse; anno enim Christi supra ^{Sæc. XVIII.}
 millesimum septingentesimo vigesimo ^{A. C. 1735.}
 nono Parisios delatum, relicta conju-
 ge & filio plurimas Regiones sub emen-
 tito nomine ac patria, peragrassæ,
 Londini se Germanum, Liburni An-
 glum, Genuæ Suecum, nunc Baro-
 nem de Napoer, nunc de Smibmer,
 jam de Nissen, aut de Schmitberg fuis-
 se mentitum: hac nominis ac originis
 falsificatione ac diversarum fraudum
 ope ex aliorum marsupio vitam susten-
 tasse, atque in Hispaniis anno hujus
 sæculi vigesimo septimo pro conducen-
 da legione commissas obligurisse pecu-
 nias, ac demum fuga dilapsam varias
 Nationes tam dextere ludificasse, ut
 ejus fraudulentæ ipso adhuc præsentè
 remanerent occultæ, ac primum arrepta
 fuga manifestæ fierent, id patere ex
 Germani Nobilis epistola Ulyssipone die
 vigesima Februarii hoc anno data: hac
 etiam arte ipsum a quodam Liburnen-
 si Nummulario quingentos quindecim
 aureos accepisse, facta pollicitatione,
 hanc summam Colonix esse refunden-
 dendam, detecta autem fraude ipsum
 custodiæ fuisse datum: quodam autem
 Naclero sponsoem agente inde libertati
 redditum Liburno Tunetum aufu-
 gisse, ibidemque Medicam artem pro-
 fessum, & bellico apparatu instructum,
 ex

Sæc. XVIII. ex infidelium suasu unacum Christo-
A. C. 1735. phoro Bongiorno Tunetano Medico
 tribus Turcis, duobus Liburnensibus
 patria exulibus, & quodam Porto-
 Feraiensi Sacerdote inde ejecto Cor-
 sicam venisse; ex hisce relatis Senato
 concludebat, omnino declarandum esse
 se, nominatum Theodorum Baronem
 de Neuhoff, eoquod Corsicam gube-
 nandi, & Republicæ subditos a legi-
 mo suo Domino malitiose alienandi
 sibi arrogasset, timendumque foret
 perverfis suis consiliis, majora ad
 mala, ac tumultus inter populum
 citaret, tanquam novæ seditionis,
 harumque Auctorem, tranquillitatis
 publicæ perturbatorem, læsæ Majes-
 tatis reum, omnique supplicio per patriam
 leges sancito obnoxium esse, ac pro-
 terea nulli licere, cum hoc Viro con-
 sortium habere, illos vero qui ei opera
 auxiliumque præstare, aut ad populi
 tumultum & seditionem concitandi
 ejus partes sequi præsumpserint,
 pariter tanquam læsæ Majestatis,
 perturbatæ pacis publicæ reos fore,
 verissime plectendos. &c.

§. XXXIII.

Ejusdem Theodori fata.

Insuper Senatus promulgato edicto Sæc. XVIII.
 mille aureorum, qui hunc impostorem A. C. 1735.
 mortuum, & bis mille, qui vivum si-
 fteret, sanguinis pretium constituit:
 Hæc tamen terriculamenta Theodorum
 adeo non commovebant, ut potius fe-
 finato victoriarum cursu Portum - vete-
 rem, Sartinam, S. Peregrini urbem,
 Sargariolum, Ajaccium, Nebium alias-
 que Civitates armis subiiceret, ac in-
 tra breve temporis spatium potissimam
 Insulæ partem occuparet. Hoc suc-
 cessu ferocior factus, omnium eorum,
 qui adhucdum Genuensium imperio
 parebant, bona immodicis exhaustit
 exactionibus, Reipublicæ vero præ-
 dia omnia suo addixit ærario, hausta
 inde ingenti pecuniarum vi: Nec his
 contentus, edictum Genuensi opposi-
 tum promulgabat, hocque tanquam
 nullo irritoque declarato, nihil non
 egit, ut omnes Genuenses tota Insula
 expelleret. Eo fine contra Genuen-
 sium copias crebris, cruentisque ve-
 litationibus, plerumque novo Regi fe-
 cundis, in summam totius spei prolufit,
 & die vigesima nona Junii prope
 Insulam - rubram commisso prælio Mar-
 chellium Genuensem Tribunum fudit,
 desideratisque plusquam quadringen-
 tis fugavit: Eodem ferme tempore
 duas Genuensium naves, auro, armis
Hist. Eccles. Tom. LXXV. N &

Sec. XVIII. & annona onustas intercept. Hi
A. C. 1735. usque omnia Theodoro prospere flo-
 rebant, attamen paulo post fortuna
 inclinabat; præprimis enim novus
 Rex Bastiam Corsicæ Metropolitani
 pugnare cœpit, cum vero deficiente
 belli machinæ, urbem duntaxat
 cum dare corona, ac demum obfidem
 nem penitus solvere compulsus est. In
 hic stetit novercantis fortunæ invidi-
 dum enim Genuenses prope Calen-
 dum die decima Augusti ad prælium
 eliceret, cum ingenti suorum cla-
 pulsus est; accessit ad infelicitatis
 mulum intestina dissensio inter Theo-
 rum, & Aitellium, P. Raffaelem
 Paolum & ceteros seditionis Co-
 phæos; certatim enim alius alium
 luti infausi certaminis causam, ce-
 minabatur, cum interim revera se-
 sum quisque iustius, pro sua parte,
 omnes in communi propriam perfidiam
 & causæ iniquitatem exagitare pot-
 sent: acrius autem Theodoro expro-
 rabant auxilii tam sancte promissi fra-
 rationem, nimiamque severitatem
 qua in sibi suspectos animadvertentem
 præcipue enim Luccionem de Cibo-
 cioli indicta causa, & sine iudicii for-
 ma ob solam suspicionem capite ple-
 jussit, cuius tamen mortem vindicari
 ri, defuncti amici Simonem Fabianum
 The

Theodori Cancellarium ex infidiis bina Sæc. XVIII.
 glande plumbea straverunt. Porro ex A. C. 1735.
 hisce fatis Theodorus proximum arro-
 gatae Regiæ suæ Majestatis excidium
 haud obscure sibi præfagiebat, qua-
 propter Corsos sibi minus affectos rur-
 sus conciliare, totis viribus adlabora-
 bat, vel ideo maxime, quia sibi com-
 pertum habebat, Genuenses de turba-
 tis Theodori rebus, & remisso suorum
 in eum affectu lætos, excluso tamen
 personato Rege, cum Corsis de restau-
 randæ concordiaë pactis agere. Igitur
 ut suæ securitati prospiceret, aut sal-
 tem tuto evadendi spatium nanciscere-
 tur, exiguam adhuc moram sibi in-
 dulgeri postulabat, spe facta, intra
 hoc tempus validas se procuraturum
 suppetias, quæ si statuto tempore non
 advenirent, cunctos obsequii sibi ju-
 rati Religione solutum iri. Corsi hac
 pollicitatione placati, incredibili pro-
 ximi auxilii cupiditate flagrabant, sa-
 tis persuasi, res suas ad interitum ver-
 gere, nisi exteri Principis subsidia la-
 bantem & prope cadentem Corsicæ In-
 sulam protinus fulcirent: Attamen
 jamjam præterfluxerat statum tempus,
 & nihil adhuc eis in Theodoro opis
 erat, nihil auxilii: unde afflictis, tur-
 batisque eorum rebus, quod in melio-
 ris fortunæ, & promissi subsidii despe-
 ratione

Sæc. XVIII. ratione proximum esse solet, mox on
 A.C. 1735. nis ordinis, & pristinae fiducia ac
 cietatis nexus erat succisus: audiebat
 tur seditiosa, verbosaque jurgia cur
 rixis & altercationibus, nulli tam
 magis calamitosa popularis furoris tem
 pestas impendebat, quam Theodonius
 qui Corsos turpiter iudicasse, per
 convictus erat. Ut ergo exacerbata
 populi rabiem tempestive declinare
 assumpto Abbatis habitu unacum Co
 sta suo Secretario aliisque Corsis
 adhucdum addictis clam Liburniam
 evasit, inde in Franciam profugit.
 Referunt alii, quod paulo ante dilecti
 sum suum inter mutuos amplexus In
 sulæ Primoribus vale dixerit, relicto
 tamen promisso, se propediem cum no
 vo belli nervo, & validiore apparatu
 rediturum; quem tamen Corsi re
 cem frustra expectabant, cum ipse in
 Francia Amstelodamum delatus, ibi
 dem ob grave & alienum æs in custodia
 datus esset, persolutis tamen debitis
 tam sollicite ibidem delituit, ut
 quamdiu nemo sciret, quo devenisset.
 Porro Genuenses miseri hujus Regis
 absentiam, & delusos Corsorum
 mos in rem suam vertere intenti, de
 nuo delegatos in Insulam decernebant
 qui turbas propositis concordia legibus
 componere satagerent: Ast Ordo

coni pervicacia, seditiosisque suorum
 consiliis effectum prorsus nihil:

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

§. XXXIV.

*Diversæ Clementis XII. Papæ Con-
 stitutiones & decreta.*

Hoc item anno Clemens XII. Ponti-
 fex maximus plures edidit Consti-
 tutiones ad restaurandam Ecclesiæ dis-
 ciplinam, tollenda dissidia & promo-
 vendum status Ecclesiastici decorem
 perutile: præprimis die quinta Janua-
 rii PP. Capuccinis natione Gallis Mis-
 sionariis indulgit, ut in Infidelium ter-
 ris degentes Medicinæ & Chirurgiæ
 artes ad utilitatem Catholicorum exer-
 cere, & medicamenta aliaque necessa-
 ria præbere valeant, dummodo id gra-
 tis & duntaxat in casu necessitatis, at-
 que in defectum alterius Medici vel
 Chirurghi sæcularis fiat. Die autem pri-
 ma Februarii decrevit idem Pontifex,
 ut occisus, vel sponte confessus, vel
 legitime convictus si rixæ Auctor existi-
 tit, pœna ordinaria plectatur, quam-
 vis homicidium commissum fuerit in
 rixa, declarat etiam, quod calor ira-
 cundiæ ab ejusmodi pœna delinquen-
 tem non excuset, si inter rixam & ho-
 micidium sex horarum spatium inter-
 cessit: Vult quoque, ut fori privile-
 gium

N 3

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

gium in causa homicidii nemini suffragetur, nec Ecclesiastici privilegio Canonis, nec sæculares immunitate Ecclesiastica gaudeant, si animo doloso ac præmeditato quempiam trucidaverint proin rei e loco immuni extrahantur dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem. Denique circa modum extrahendi, decrevit Pontifex, ut laicus, vel Ecclesiasticus reus criminis excepti, totius iudiciiis gravatus, quæ ad capturam sufficiant, ad requisitionem Curie sæcularis extrahatur a Curia Ecclesiastica invocato etiam, si opus fuerit, brachio sæculari, interveniente tamen Persona Ecclesiastica ab Episcopo deputata tuncque reus ducatur in carcerem Episcopalem, ibidem examinandus; si vero indicia ad torturam sufficientia adfuerint laicus Curie sæculari tradatur: excepto tamen juramento, eum Ecclesiasticum restituendi, si indicia diluerit. Sin autem illa non eliserit, sed reus repertus fuerit, Ecclesiasticus Judex in Clericum, sæcularis in Laicum, prout iuris est, animadvertat. Hanc tamen Constitutionem Pontifex ultra ditionem temporalem seu statum Romanæ Ecclesiæ non extendit, illam vero præcipue in Ravennæ observari, Cardinali Alberonio suo Legato demandavit, quod etiam

etiam homicidas e Templis, quo con-
fugerant extrahi, & ad incutiendum
terrorem in variis compitis patibula
erigi jussit, dicere solitus, pauciores
Lictores, & plura patibula ad præcaven-
das cædes esse necessaria. Cum autem
circa sepulturam Missionariorum Regu-
larium in Syria & Palestina defuncto-
rum crebræ essent contentiones, hinc
Pontifex die decima tertia Aprilis con-
firmavit S. Congregationis de propa-
ganda sanctiones, vi quarum decisum,
ut cadaver private a propriis Religio-
sis deferatur, & Parochus duntaxat in
cæmeterio cum stola & Cruce adsit, &
orationes juxta rituale dicat, reliquas
vero orationes a Superiore Religioso
recitari, & per ipsum vel suos Religio-
sos cadaver sepeliri permittat. Præ-
terea Pontifex die decima quarta Maij
confirmavit decretum Urbani VIII. quo
declaratum, quod Ordo FF. Capucci-
norum per rectam lineam sine interrup-
tione a linea S. Francisci descendat, &
FF. Capuccini Sacerdotes ab Ordina-
rio approbati ex licentia sui Generalis
sæcularium confessiones excipere va-
leant, ubi Conventus sui Ordinis exi-
stunt & Confessariorum penuria adest:
ac denique eis tanquam veris & legiti-
mis S. Francisci Filiis competat in quo-
cunque loco etiam, ubi alii Tertiarii

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. ejusdem Ordinis jam existunt, Confre
 A. C. 1735. ternitates erigere, ac instituere. Jan
 anno hujus sæculi trigesimo die dec
 ma quinta Novembris Clemens Papi
 ut juvenus in doctrina Christiana rit
 imbueretur, indulgentias largiter con
 cesserat illis, qui Catechismum pueris
 in Ecclesiis vel Oratoriis edocent, et
 eidem, dum edocetur, interfuerint
 nunc vero die vigesima septima Jan
 has indulgentias ad Adultos quoque
 si interfuerint, extendit.

Insuper die vigesima septima Jan
 Ferrariensem Ecclesiam ob præclari
 tam hujus Ecclesiæ, quam Thomæ Ro
 Cardinalis & Episcopi merita ante
 Episcopalem, sedique Apostolicæ im
 mediate subjectam in Archiepiscop
 tum evexit, hacque ratione diuturn
 dissidia inter Ferrarienses Episcopos
 Ravennensem Archiepiscopum tollere
 studuit, quamvis hic suam jurisdic
 tionem imminui haud passus, quemdam
 Ferrariensem Sacerdotem per suum Vi
 carium comprehendere & custodiæ d
 jussisset, quam tamen injuriam Car
 dinalis Rufus tam iniquo tulit animo,
 ut præfatum Vicarium Generalem ante
 themate feriret. Insuper decima nona
 Novembris Pontifex per S. Congrega
 tionem Concilii decidit sequens du
 bium.

bium: *An Cathedraticum sit solvendum a Sæc. XVIII.*
Reſtoribus Eccleſiarum Parochialium Civitatis & ſuburbiorum Peruſiæ, uti aſſerto A. C. 1735.
uno corpore ſeu potius ab unoquoque ex eis?
 ubi reſponſum fuit, negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam; ſecus autem eſſe, cum nullus Clericorum, uni eidemque Eccleſiæ inſervientium, ſuam poſſideret ſpecialem præbendam, ſed ſinguli ſuſtarentur ex maſſa communi, ex qua unusquiſque ſuam acciperet portionem; tunc enim unicum Cathedraticum eſſe ab omnibus ex eadem maſſa perſolvendum. Pariter Pontifex die nona Decembris confirmavit S. Congregationis decretum, quo pro corrigendis Carmelitarum mitigatorum Conſtitutionibus ſequentia dubia die vigesima quarta Aprilis hoc anno fuere decifa. I. „An „Prior Provincialis Provinciæ Romanæ poſſit exercere jurisdictionem in „Conventibus S. Martini ad Montes, „Sanctæ Mariæ in Transpontina, & S. „Antonii Civitatis Præneste?

„Et reſolutum fuit: ſupradictos „Conventus eſſe quidem in Provincia „Romana, non tamen de Provincia, „ac proinde nullam in iisdem Conventibus poſſe Provinciale exercere jurisdictionem: Hocque eſſe inferendum

N 5

„dum

Sæc. XVIII. „dum in nova compilatione Constit
 A. C. 1735. „tionum.

„Secundo, an & qui Magistri en
 „stentes in dictis Conventibus, lic
 „sint alterius Provinciæ possint gaudere
 „jure suffragii in Capitulis Provincial
 „bus ejusdem Romanæ Provinciæ?

„Et decisum fuit, firma remanent
 „dispositione Constitutionum quoad Ma
 „gistros externos, aliosque, qui in Pro
 „vinciis a Romana distinctis degentes
 „jure suffragii gaudent in hujusmodi
 „Capitulis Provincialibus; esse tamen
 „easdem Constitutiones reformandas
 „quo ad Provinciam Romanam; scilicet
 „cet, quod in ejus Capitulis Provin
 „cialibus jure suffragii frui possint de
 „taxat Prior Generalis una cum ep
 „Secretario, sive socio ab eo nominat
 „do, & Procurator Generalis, Mag
 „stri Provinciæ Romanæ, quamvis
 „supradictis tribus Conventibus con
 „morentur, nec non Priores eorundem
 „Conventuum, & Lector sapientiæ,
 „Regens Transpontinæ, ita tamen,
 „hi quinque postremi vocales teneant
 „tur solvere taxam consuetam pro Ca
 „pitulo Provinciali: votum vero in Dis
 „cretorio Provinciali non habeant nisi
 „solum P. Generalis cum socio, & Pro
 „curator Generalis.

T

„Tertio, an Sociis Generalibus Sæc. XVIII.
 „competat jus suffragii in Capitulo ge- A. C. 1735.
 „nerali tantum, seu potius etiam in
 „Diffinitorio generali.

„Et responsum fuit competere tam
 „in Capitulo, quam in Diffinitorio ge-
 „nerali.

„Quarto, an iisdem Sociis Genera-
 „libus competat etiam præeminentia in
 „Religione.

„Et resolutum fuit non competere,
 „nisi quando sunt in actuali exercitio
 „muneris, sive scilicet in actu visitatio-
 „nis, sive in Capitulo, & Diffinitorio
 „generali, sive in quibuscumque aliis
 „peragendis occasione muneris ipsis de-
 „mandati in Brevi fel. rec. Benedicti
 „XIII. Extra tamen hos casus præemi-
 „nentiam in Religione ipsis competere
 „juxta antiquitatem professionis, &
 „gradus, atque ita, & non aliter sta-
 „tui debere in nova compilatione Con-
 „stitutionum. Modernis autem Sociis
 „attenta possessione, esse ex gratia con-
 „cedendam præeminentiam in Religio-
 „ne usque ad exitum Officii“. Deni-
 „que summus Pontifex Mense Julio,
 „postquam per S. Rituum Congregatio-
 „nem super vitæ sanctitate, & virtuti-
 „bus heroicis V. Annæ a S. Bartholo-
 „mæo Carmelitanae excalceatæ sanctimo-
 „nialis

Sæc. XVIII. nialis Bruxellensis, quæ individual
 A. C. 1735. Theresiæ comes erat, acta rite fue
 confecta, Apostolico decreto decla
 vit, ad præfatæ Dei Famulæ Beati
 cationem procedi posse.

§. XXXV.

*Pontificis conatus pro Palatinatu
 ducatus Neoburgensi ad fidem
 Catholicam revocando.*

Quamvis Clemens Pontifex in Sa
 nia a sectæ suæ erroribus ad
 veritatem reducenda operam luisse
 ampliorem tamen sollicitudinis
 spem sibi pollicebatur ex immoto Re
 gionis Zelo, quo exardescens Carolus
 Palatinus Rheni Comes, ac S. R.
 Elector supplicabat, ut Pontifex
 clesiarum bona jam dudum ab Acat
 licis occupata in Palatinatu inferiori
 & Ducatu Neoburgensi illis conceder
 velit, qui ad fidem Catholicam rever
 ti vellent, a pio autem suo proposito
 ob necessariam horum bonorum reser
 vationem absterrentur: Hujus
 Electoris precibus inclinatus Pontifex
 die decima tertia Julii ad eundem
 quentem transmisit Constitutionem
 „Dilectus Filius nobis Vir Carolus Co
 „mes Palatinus Rheni S. R. Imper
 „Pri

„Princeps Elector Heydelbergensis no-
 „bis nuper exponi fecit, tametsi di-
 „versa bona Ecclesiastica in Palatinatu
 „inferiore, ac Ducatu Neoburgensi
 „temporali suæ ditioni subjectis confi-
 „stentia quæ olim, dum hæresis in illis,
 „finitimisque Regionibus cuncta mis-
 „ceret, ac turbaret, per Acatoli-
 „cos occupata fuerant, progressu tem-
 „poris benedicente Domino, recupe-
 „rata, seu alias vindicata fuerint, dic-
 „tique Caroli Principis Electoris Majo-
 „res seu Progenitores Duces Neobur-
 „genes postmodum a sede Apostolica
 „ac præsertim felicis rec. Alexandro
 „PP. VII. Prædecessore nostro de ali-
 „quibus bonis sic recuperatis quasdam
 „pias foundationes, & applicationes,
 „aliasque dispositiones, fieri, seu ap-
 „probari, nec non tam illi, quam etiam
 „ipse Carolus Princeps Elector, non-
 „nullorum aliorum bonorum præfato-
 „rum administrationem, quæ etiam
 „ad præsens durat, sibi per Sedem præ-
 „dictam respective concedi, ac tribui
 „obtinuerint, nihilominus plura ex bo-
 „nis Ecclesiasticis supradictis adhuc
 „extent, quæ etiamnum a dictis Aca-
 „tholicis detinentur, ac si sua, & prop-
 „ria forent, eorundem vero Acatoli-
 „corum plerosque a reditu ad gremium
 „Sanctæ Matris Ecclesiæ detereat, ac
 „more-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII. „moretur metus, ne bona prædii

A. C. 1735. „quibus nunc potiuntur, post sui re

„tum hujusmodi dimittere cogantur

„utpote quibus destituti, vitæ huius

„næ subsidiis, ac commodis, quibus

„diu assueverunt, exuerentur, eorum

„que filii, & familiæ congrua

„etiam quandoque necessaria sustentatione

„carentes ad inopiam, duramque

„egestatem redigerentur; Idem Carolus

„Princeps Elector animadvertens

„quod si A catholicis præfatis, postquam

„ad Religionem Catholicam conversi

„fuerint, bona sic occupata retinerent

„ceret, sicut non ita pridem similium

„bonorum occupatoribus in ducatu

„Saxonix a nobis concessum fuit, merito

„sperari posset, fore ut A catholicis

„prædicti tali sublato metu, seu re

„toto ad Orthodoxæ Fidei, & Ecclesie

„unitatem abjectis erroribus facile

„reverterentur; nobis propterea humiliter

„supplicari fecit, quatenus in premissis

„missis opportune providere, & ut

„sua indulgere de benignitate Apostolicæ

„Sæc. XVIII. „ca dignaremur.

„Nos igitur dicti Caroli Principis

„Electoris in Deum pietatem, & Catholicæ

„Religionis tuendæ, & propagandæ

„studium plurimum in Domino commendantes,

„ejusque desideria

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„hac in re, quantum nobis ex alto
 „conceditur, obsecundare cupientes,
 „simulque considerantes, salutem ani-
 „marum pretioso Domini nostri Jesu
 „Christi Sanguine redemptarum, ter-
 „renarum rerum, ceterisque humanis
 „rationibus præcellere, ejusmodi sup-
 „plicationibus inclinati (firmis, salvis-
 „que remanentibus quibuscumque fun-
 „dationibus, applicationibus, aliisque
 „dispositionibus de bonis sic recupera-
 „tis a sede Apostolica, ac præsertim
 „a memorato Alexandro Prædecessore
 „factis, seu approbatis, nec non ad-
 „ministracione aliorum bonorum istius-
 „modi eidem Carolo Principi Electori
 „concessa & attributa, ut præfertur,
 „quibus per præsentis nullatenus dero-
 „gare, aut quicquam desuper immu-
 „tare, vel innovare intendimus) om-
 „nia, & singula bona Ecclesiastica cu-
 „jusvis qualitatis, & valoris in Palati-
 „natu inferiore, & ducatu Neoburgen-
 „si hujusmodi consistentia, quæ præte-
 „ritorum temporum calamitate occupa-
 „ta, nec hucusque recuperata, & vin-
 „dicata fuerunt, sed a dictis Acatoli-
 „cis adhuc uti sua propria detinentur,
 „sicut præmittitur, modernis eorum
 „possessoribus, seu detentoribus, qui
 „ad Catholicam Religionem deinceps
 „redierint, eorumque successoribus
 „qui-

Sæc. XVIII. „quibuscumque itidem Catholicis
A. C. 1735. „in sinceritate Orthodoxæ Fidei per
 „verantibus una cum fructibus percipi-
 „tis de Apostolicæ potestatis plenitudi-
 „dine harum serie ex specialis donog-
 „tiæ remittimus, condonamus, ce-
 „demus & relaxamus, dictisque posses-
 „sionibus, seu detentoribus, eorumque
 „successoribus, uti ipsi de bonis præ-
 „sentatis tam inter vivos, quam ex causa
 „mortis, aut alias quomodolibet libere
 „re disponere possint, plenam tamen
 „præsentium tribuimus facultatem, ut
 „que illos pro parte dictæ Sedis Apo-
 „stolicæ Ecclesiarum, Monasteriorum
 „& locorum Piorum aut Personarum
 „Ecclesiasticarum, ad quas, & quæ
 „na prædicta olim pertinebant ratio-
 „ne, & occasione præmissorum desuper
 „disturbari, inquietari aut perturbari
 „se statuimus, & decernimus“.

§. XXXVI.

*Duo Cardinales a Clemente Papa
 inaugurati.*

Ineunte hoc anno die decima septima
 Januarii Clemens Papa secretum habuit
 Consistorium, in quo Josephus Spinellum
 patria Neapolitanum, atque Archiepiscopus
 Ecclesiæ Neapolitanæ Archiepiscopus

Romana decoravit Purpura, qui Pesby-
 terialem titulum S. Pudentianæ conse-
 cutus est. Tandem etiam Pontifex im-
 portunis Hispanæ Reginæ votis ac pre-
 cibus cessit, ac die decimâ nonâ De-
 cembris ejus Filium Ludovicum Anto-
 nium octennem puerum primo, ut re-
 tulimus, Toletanæ Ecclesiæ Admi-
 nistratorem & Commendatarium usque
 ad legitimam Archiepiscopalis officii
 ætatem dixit, ac demum hoc anno
 Cardinalium Collegio adscripsit, eique
 Diaconiam in Ecclesia PP. Carmelita-
 rum Discalceatorum ad S. Mariam de
 Scala attribuit. Ceterum de hoc Car-
 dinale Ecclesia potius spes amplas,
 quam res gestas deprædicare poterat,
 dum de tanto Principe ad maxi-
 mas Ecclesiæ dignitates admovendo
 insigne sibi præsidium, vel saltem mag-
 num splendorem pollicebatur.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

§. XXXVII.

Nicolai Spinulæ Cardinalis obitus.

His recens electis Cardinalibus locum
 cesserat Nicolaus Spinula genere
 quidem Genuensis, in Hispania ta-
 men, ubi tum ejus Parentes agebant,
 natus. Genitor ejus erat Joannes Do-
 minicus Comes de Pezzuola, & Mater
Hist. Eccles. Tom. LXXV. **Q** Schi-

Sæc. XVIII.A. C. 1735.

Schiattini Ducis Filia, quorum cura
 Nicolaus optimis datus est Præcepto-
 ribus probe instituendus, ut præprimis
 solida in pietatis ac literarum studi-
 poneret fundamenta. Adultior factus
 Romam mittitur, ubi Joannes Baptista
 Spinula Cardinalis, ejus Patrum
 Nepotem suum gravioribus disciplinis
 tam egregie imbui curavit, ut is in
 Juridica Facultate Doctoratus honore
 emereret: paulo post a summo Pon-
 tifice inter Præsules Romanæ Curie
 cooptatus, Prothonotariis Apostolicis
 adscriptus est, ac demum meritorum
 amplitudine rapidum fortunæ cursus
 impellente, regendis variis Ecclesi-
 sticæ ditionis Urbibus admovebatur.
 cum ergo in hoc Gubernatoris munus
 maximam sibi integritatis ac pruden-
 tiæ laudem comparasset, ab Innocen-
 tio XIII. Cameræ Apostolicæ Clericus
 Urbis Romanæ Ædilis, & a Clemen-
 te XI. Thebarum Archiepiscopus dignatus
 est, quo honore auctus, primo Flo-
 rentiam ad Cosmum III. Magnum Ele-
 ruriæ Ducem, & demum in Poloniam
 ad Augustum II. Regem Pontificis
 Legatus decernebatur. Fungebatur
 adhuc hac legatione, dum anno Chris-
 sti supra millesimum septingentesimo
 sexto Stanislaus Lescinskius Posnani-
 ensis Palatinus hujus Regni solium oc-
 cupavit.

cupabat, ^{Sæc. XVIII.} ^{A. C. 1735.} cuius tamen electio, cum Clementi XI. Papæ tunc minus probaretur, non novo huic Regi sed soli Reipublicæ suffragari iussus est Nicolaus; ubi vero anno nono Stanislao e Regno depulso, Augustus Rex legitimus sceptrum repetebat, Nuntius Apostolicus Varsoviæ ad publicum alloquium benigne admissus, Regi binas Pontificis epistolas porrexit, quarum prima a confederationis Marefcallo palam prælecta est. Postea Pontifex Nuntio suo præcepit, ut Regiæ suæ Majestatis necnon Reipublicæ commodum omni possibili modo procuraret, ac dissidentes Regno expelli niteretur. Biennio post Nicolaus Romam revocatus, Cameræ Apostolicæ Auditor Generalis renuntiabatur, ac die decima sexta Decembris anno hujus sæculi decimo quinto Cardinalium Collegio adscriptus, titulum S. Sixti, & postea SS. Nerei & Achillei optabat. Pluribus dein aggregatus Patrum cætibus Congregationis Olivetanæ, & Ordinis Carmelitani Protectorem egit. Interfuit postea Concilio Lateranensi, & tribus sacris comitiis, in quibus Innocentius XIII. Benedictus XIII. & Clemens XII. ad D. Petri Cathedram evecti fuerant. Demum vero anno ætatis septuagesimo sexto die duodecima

O 2 Aprilis

Sec. XVIII.
A. C. 1735

Aprilis pie in domino decessit. Corpus
ejus elatum fuit ad Ecclesiam S. An-
dreæ de Valle, ibique adstante Sacro
Cardinalium cætu iustis de more per-
solutis, ad Ecclesiam Collegii de Pro-
paganda fide translatum, sepultum
que quiescit. Redditus suos, quos
amplissimos habebat, potissimos in
causas pias condito testamento des-
navit, vivus autem cum cohæredibus
suis Joanne Luca Fratre suo Dominico
Augustino ejus Nepote nonaginta mil-
liorum millia jure hæreditatis æquæ
partibus sibi eisque debita S. Congre-
gationi de propaganda concessit, postea
vero hic idem Dominicus aliis insuper
novem millibus de suo ære datis, ex
inde ad tres ex Illyrico Alumnos in
Collegio Firmano instituendos plus
quam duodecim aureorum millia pi-
largitione tribuit.

§. XXXVIII.

*Principes atque Illustres hoc anno
fatis functi.*

Inter Principes, qui hoc anno pot-
terant varia fortunæ fata mundi theatrum
reliquere, longe celeberrima erat Ma-
ria Clementina Sobiescki clarissimi ju-
sta ac invictissimi Poloniæ Regis Neptis

& Jacobi Ludovici Sobiesky Regii Sæc. XVIII.
 Principis Filia. Hæc Jacobo III. A. C. 1735.
 Stuardo Anglici solii Prætendenti anno hujus sæculi decimo nono die nona Septembris matrimonio juncta erat. Primævo naturæ beneficio sortita animam bonam jam tum parvula, maximas de se ostentabat spes, eminuit in ea ingenuus candor, quem ad reliquum vitæ detulit, aliena a fucō: ab omni quoque fastu, vanitate, & humana gloria tantopere abhorruit, ut dum ceteris nobilitate, dignitateque longe præcelleret, cultu ac victu se inferioribus humilitate parem exhiberet: sed memorabilis est cum primis ejus in Deum pietas, in homines charitas, morum integritas, clementia mansuetudo, comitas, ceteræque ad omnium admirationem & amorem factæ virtutes, ut haud alio magis vulgato, magisque proprio celebraretur cognomine, quam optimæ, piissimæ juxta ac clementissimæ Principis, usque adeo, ut illustre ac plane dignum, quod Regiæ ac primariæ Matronæ imitarentur, sanctitatis exemplum ab omnibus crederetur. Tandem trigésimo tertio ætatis suæ anno molesta phthysi laborans, mortem sibi vicinam præsentiscere cœperat, quapropter præprimis domui suæ disponens, relegēbat

Sæc. XVIII. bat anxie vitam suam a teneris ad hunc
 A. C. 1735. diem exactam, tum piaculorum etiam
 minutissimorum confessionem ante pe-
 des Sacerdotis humi prostrata, ac lac-
 rimis pene defluens instituit, qua pe-
 cta Cardinalis Guadagnius Pontificis
 nomine eidem fidem fecit. illam Re-
 gis omnino honoribus tumulatum in-
 demum corporis languore ad extre-
 mum oppressa, & Dape Eucharistia
 sacroque ceromate ritu Catholico per-
 uncta post generalem noxarum omnium
 condonationem a summo Pontifice re-
 ceptam die vigesima tertia Januarii
 Creatori suo innocuum reddidit spi-
 ritum. Pientissimæ hujus Principis
 mortem tota Civitas lugubri lamenta-
 tione, communique luctu prosequen-
 batur, præ ceteris vero Clemens Papa
 qui vivam singulari veneratione atque
 affectu colebat, mortuam quoque Re-
 gia prorsus pompa ad Ecclesiam SS.
 Apostolorum efferri ac Templum in-
 imo ad summum nigris tapetibus auro
 intertextis vestiri jussit. Erigebantur
 in medio feretrum (castrum doloris ve-
 cant) oppido magnificum appositum
 latere regnorum Angliæ, Scotiæ &
 Hiberniæ Insignibus. Die autem vi-
 gesima tertia Januarii Regiæ Corpore
 vestem auro intextam ac intus pellibus
 alpinæ mustellæ assutam indutum, &

Sæc. XVIII.
A.C. 1735.

purpureo paludamento, sceptro & corona ornatum accedentium oculis inter funebres cantus, plusquam mille funeralibus late colucentibus expositum est, celebrante ibidem solempne Sacrificium Cardinale Alberonio: Demum die trigesima funeris exequiæ celebrabantur, præsentibus triginta duobus Purpuratis, omniumque exterorum Principum Legatis, Romanis Principibus & Nobilibus; justis sic de more persolutis inter adgementes lugubriter buccinas, & ex arce S. Angeli tonantes belli machinas, præeuntibus triginti novem piis Sodalitatibus, & Religiosis coetibus Regium Funus in Basilicam D. Petri illatum est, ubi Corpus Regio ornatu spoliatum (prout ipsa testamento caverat) sacro F. F. Prædicatorum habitu vestitum tumba quercina, plumbea & stanea recondebatur, confecto desuper instrumento authentico. Ipse etiam Pontifex Vincentio Ludovico Cardinali Gotti negotium dedit, ut vitam, fata, & heroicæ defunctæ hujus Reginæ virtutes posteritati publicis literis proderet. Quod opus hoc adhuc anno absolutum præfatus Cardinalis summo Pontifici tradidit. Eodem Mense vivis valedixit Fridericus Guilielmus Princeps Hohenzollerano-Hechingensis, post-

O 4

quam

Sæc. XVIII. quam septuaginta duos annos vixerat
A. C. 1735. Sequentis Mensis Februarii die tertio
 sexagenarius Biponti decessit Christianus Ill. Bipontino - Birckenfeldensis
 Dux Comes Palatinus, quem post mortem suam
 fato sequebatur Ludovicus Rudolphus Brunsvico - Guelpherbytanus Dux
 qui Regnantis Imperatricis Parens aetatis sexagesimo quarto die prima Martii
 mortalitatem exiit. Hujus obitu præcesserat Carolus Ruzzini Venetiarum
 Republicæ Dux, qui hac dignitate non nisi biennio cum semestri potius
 die quinta Januarii inchoato octogesimo secundo aetatis anno meritis
 nus vivis ereptus est. Successore nactus est Aloysium Pisanium, qui die
 trigesima Januarii Venetiis in Ecclesia PP. Capuccinorum solemniter in-
 guratus est, assistentibus Daniele Desino Aqileienti Patriarcha, & Zaccaria
 Travisano, necnon Benzonio Claudio Fossano Episcopis.

Mense Martio obiire sequentes,
 I. decima tertia die Sophia Helwigis Christiani V. Daniæ Regis
 filia innupta, & quinquaginta octo annos nata,
 II. Dominicus Marquardus Lewensteinio-Wertheimensis Princeps
 anno aetatis quadagesimo quarto.
 III. Franciscus Hugo Nassovio-Sigenis Princeps

Princeps, qui quarta Martii die impro-
lis vita functus est. IV. Maria Anto-
nia Hedwigis Hofato - Wiienburgensis
Ducissa nonnisi quatuordecim annos
nata, & die vigesima sexta ejusdem
Mensis defuncta. V. Maria Magdale-
na le Tellier Ducissa de Harcourt die
decima Martii exacto vitæ anno trige-
simo septimo. VI. Maria Ludovica de
Laval Ducissa de Roquelaure die duo-
decima Martii septuagesimo octavo æta-
tis anno. Mensis autem Aprilis die
vigesima tertia quadriennis munde
ereptus est Josephus Carolus Emanuel
Dux de Aosta Caroli Emanuelis Sabau-
diæ Ducis Filius ultimo genitus. Se-
quentis vero Mensis die decima septi-
ma annos natus quadraginta septem
obiit Georgius Fridericus Marchio
Brandenburgico - Baruthanus, & die
vigesima Elisabetha Talmash ducissa
de Argyle.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Porro Mensẽ Julium vitæ suæ exi-
tialẽ habuit Sophia Ludovica Vidua
Boruffiæ Regina, quæ quinquagenaria
die vigesima nona Schwerini fatis fun-
cta est, quam biduo ante præcesserat
Cassandra Middleton Ducissa de Clandois;
Mensis autem Augusti die nona naturæ
debitum solvit Bruxellis Emanuel Nas-
sovisigenis Princeps Religione Catho-
licus

Sæ c. XVIII. licus expleto quinquagesimo quarto
 A .C. 1735. ætatis anno & decimo post die Hele
 wigis Eleonora Vidua Ducissa Saxe
 Sorbigana annos nata sexaginta no
 vem: eundem ætatis annum affecutus
 Ferdinandus Albertus Brunsvici
 Guelpherbytanus Dux die tertia Sep
 tembris e corpore excessit: nonagesi
 mum autem secundum vitæ annu
 compleverat Cella Cæsarina Vidua
 Princeps de Sonnico Colonna Romæ de
 functa. Præter hos Mense Octobri de
 fere Reinaldus Mutinæ Dux die vigi
 ma sexta, anno ætatis octogesimo tertio
 necnon Juliana Sibyla Carolina Duci
 sa Wirtenbergensis quadraginta qua
 que annos affecuta, & Georgius Prin
 ceps Lubomirskyus Sendomiriensis Po
 latinus, qui strenuus fidei Catholice
 vindex, & fidelissimus Augusti III. Po
 loniæ Regis Cliens gloriosam vitæ
 suam die decima octava Octobris fere
 septuagenarius Varsoviæ beato
 clausit. Proximo autem Mense Novem
 bri Romæ vitæ finem viginti annorum
 juvenis fecit Edmundus Scheffield Du
 Buckinghamus, Par Britanniae &
 Comes de Mulgrave. Inter Prælatos
 hoc anno defunctos numerantur.
 Anastasius Patriarcha Antiochenus
 qui Romæ die undecima Maii mortem
 obiit II. Vincentius Alemanus apud
 Hilp

Hispaniæ Regem Nuntius Apostolicus, Sæc. XVIII.
 de sacra Sede optime meritus Præsul, A. C. 1735.
 qui Madriti, ut retulimus, die vige-
 sima sexta Martii mortem cum vita
 commutavit. III. Nicolaus Negronius,
 qui Ravenatensis primo, postea Ave-
 nionensis Præsul, ac demum Apostoli-
 ci Ærarii Præfectus Mense Martio Ge-
 nuæ obiit. IV. Colombanus Montal-
 tensis Episcopus, qui Mense Septem-
 bri vivis nuntium misit. V. Joannes
 Baptista de Verthamot Appamiensis
 Episcopus, qui usque ad postremum
 vitæ halitum sese Constitutioni acriter
 opposuit, atque ab ea appellavit, tan-
 demque anno ætatis octogesimo nono
 suæ pertinaciæ immortuus periit. VI.
 Mense Martio animam egit Sigis-
 mundus Principalis Collegii ad B. V.
 Wratislaviæ Abbas, de quo prorsus
 singulare est, quod memorando quo-
 dam fato quodlibet ferme vitæ suæ
 quinquennium celebre reddiderit; quip-
 pe annos natus quinque jamjam addif-
 cendæ linguæ latinæ operam dederit,
 per quinque annos Sacellanus, per
 alios quinque Curatus, per totidem
 annos Parochus, anno hujus sæculi
 vigesimo quinto Abbas, per quinquen-
 nium Abbatæ hujus Præpositus, &
 quinto post anno die trigesima Januarii
 fulmine in turrim Ecclesiæ ad S. Ma-
 riam

rīam

Sæc. XVIII. A. C. 1735. riam cadente vitæ periculo vix ereptus adhuc alios quinque vitæ annos attigerit, mortuus anno currentis sæculi trigesimo quinto, quinta jejunii hebdomada, quinta illius Septimana die, hora quinta pomeridiana, ac de mum anno ætatis quinquagesimo quinto. VIII. Mense Junio Geroldus Lauben Baro de Thurn & Gasteleburg Abbas Rhinaugiensis Ord. S. Benedicti mortem oppetiit, anno Regni sui trigesimo octavo, ætatis octogesimo sexto. VIII. Decessere inter Joannes de Caulet Gratianopolitanus, & Claudius Ludovicus de la Cestre Agatanus Episcopi, & die Octobris Yon-Te-Chan Peckini Sinesium Imperator annos natus quinquaginta tres.

§. XXXIX.

Scriptorum Religione Catholicorum decessus, & opera.

Hoc item anno plures, qui gratia utilemque doctis suis lucubrationibus memoriam literariæ posteritati relinquerent, Scriptores Catholici calamitate cum vita posuere: Hos inter primo loco celebratur Rénatus D' Aubert Vertot D' Auboeuf Ord. Præmonstratensis

tensium, qui in suis scriptis ob sanam Sæc. XVIII.
 crisin, & calamum ab omni partium A. C. 1735.
 studio alienum magnam sibi laudem
 comparavit. Obiit Parisiis octogena-
 rius die decima quinta Junii: Edidit
 Gallico idiomate Historiam de revolu-
 tionibus Lusitanis, Historiam criticam
 de origine Britonum in Gaulis, Histo-
 riam revolutionum, quæ in Republi-
 ca Romana contigere; Historiam revo-
 lutionum ab anno 1350. usque ad an-
 num 1560. unacum synopsis chronologi-
 ca de Historia Sueciæ, Historiam Equi-
 tum S. Joannis, dictorum postea Rho-
 diensium, qui tamen liber per S. In-
 quisitionis decretum die decima octava
 Julii anno 1729. proscriptus fuit: Scrip-
 sit quoque Vertotus Historiam de se-
 ditionibus Melitensibus, diversa para-
 digmata Historica, Urbani Chevreau
 Historiam Mundi annotationibus illust-
 ratam, & ad usque novissima tempo-
 ra continuatam. Tractatum Historicum
 de juribus beneficiariis Britannicæ con-
 tra P. Lobineau, & denique Disserta-
 tionem de origine legum Salicarum,
 quem librum P. Rival acriter impug-
 nabat. Post ejus obitum Hagæ Comi-
 tum anno 1737. sub ipsius nomine edi-
 tus est libellus *de origine magnificentæ Cu-
 ricæ Romanæ*, an vero hic tractatus fal-
 so hujus Auctoris nomen præsefe-
 rat,

Sæc. XVIII.

A. C. 1735

rat, dubitant Eruditi. II. Petrus Garzoni Senator & Venetæ Reipublice Historiographus qui patriæ suæ Annales duobus tomis sat vastis complexam celebre sibi nomen comparavit ut Senatus ad perennem tanti Viri memoriam ejus monumento hanc secularem inscriptionem incidi curavit: *Garzoni Senatori maximo & celeberrimo, qui forensibus studiis primo, & vere ad parandam solidam eloquentiam acceptis in omnibus inde gravioribus Reipublice muneribus sic inclaruit, ut nulli civium videretur secundus, nulli negotiorum par, Annales Patriæ apte conscripsit, & politicum per plures annos & usque ad senectiorem senectam tali mentis & corporis robore gessit, ut hanc supra humanas fortitudinem omnes divinitus crederent lapsam, devixit, quia mortalis erat, anno 1735. M. V. & ætatis suæ nonagesimæ cujus memoria in benedictione erit.*

III. Joannes Baptista Recanati Venetus Patricius, qui obiit Venetæ nonagenarius, atque elegantem compendiam sub titulo: *Democides* composuit, & contra Jacobum l'enfant Besrolinensem publici juris fecit observationes criticas & Apologeticas in personam Jacobi l'enfant cui titulus: *Petragiana*. Coemerat olim hic Scriptor

ra operum SS. Patrum, aliaque manuscripta a Ferdinando Carolo Mantuæ Duce, quæ omnia publicæ Bibliothecæ ad S. Marcum testamento legaverat. Sæc. XV III.
A. C. 1735.
 IV. Petrus Monteiro Ord. FF. Prædicatorum, qui Historiam Revisorum & Qualificatorum Lusitanæ Inquisitionis, necnon dissertationem de institutione hujus Tribunalis, & de origine officiorum ejusdem elucubravit. V. Nicolaus Fortiguerra Secretarius Congregationis de propaganda & Vaticanæ Basilicæ Canonicus, qui die decima septima Februarii fatis functus posteris reliquit varia poemata, & Terentii comædias versibus Italis, quod opus postea Albanus Cardinalis anno sequenti elegantissimo typo Urbini vulgavit. VI. Bernardus Pezius Benedictinus & Bibliothecarius Melicensis, non modo Ordinis sui, sed & totius Germaniæ ornamentum, ac indefessus antiquitatum investigator, qui elucubravit Bibliothecam Asceticam Antiquo-novam duodecim tomis, cujustamen tomus duodecimus, qui Nicolai de Argentina expositionem Mysticam in Cantica complecteretur, Authore vivente, nondum publicam lucem aspexit. Scripsit etiam triumphum castitatis seu vitam V. Wilburgis Sancti-Florianensis Monialis, commentarium de irruptione
 Bæ

Sæc. XVIII. Bavarica in Tyrolin anno 1703. a
 A. C. 1735. lis & Bavaris factam sub nomine
nardi Isipontani. Tomos tres de scri-
 toribus rerum Austriacarum unacum
 dissertationibus, & Ottocari Horne-
 Chronico Austriaco Rhythmico: Episto-
 lam de Etymo Nominis Habsburgici
 Origine Domus Austriacæ, dissertati-
 nem Apologetico-literariam ad Ge-
 tillotum pro editione integri syntagma-
 tis diplomatico-historico-epistolari-
 Udalrici Babenbergensis epistolas apolo-
 geticas pro Ordine S. Benedicti, &
 versum libellum de statu vitæ prudenter
 deliberandi methodo, cujus libelli
 editionem utpote Benedictinis viri
 injuriam teste P. Ziegelbauero,
 Generalis Societatis periniquo tu-
 animo: illum tamen alius ex Collegio
 Viennensi verbis maxime contumeliose
 in Pezium defendit edito libello, cui
 titulus: *Modestus Taubengal.* Bibliotheca
 cam Benedictino-Maurianam, cui
 præfixit dissertationem Historicam
 ortu & progressu hujus Congregationis
 & vitam V. Desiderii a Curia Fundatoris
 ris Congregationis SS. Vitoni & Hildes-
 dulphi. Thesaurum Anecdotorum
 viffimum Tom. VI. Bibliothecam Mont-
 censem Tom. III. Godefridi Admontensis
 sis Homelias, Gerhohi Commentarium
 in Psalmos & Cantica, Engelberti opus

uscula philosophica, epistolam ad Mar-
 cum Hansizium de S. Ruperti ætate, *Sæc. XVIII.*
 Francisci Tægii librum de obsidione Ur- *A. C. 1735.*
 bis Papiensis & captivitate Francisci I.
 Franciæ Regis, vitam Agnetis Blan-
 beckin, de cujus libri fato & Pezii
 epistola ad Garelium Viennensem Bib-
 liothecarium jam supra egimus, Pe-
 zius vero in defensionem suppressæ hu-
 jus editionis epistolam apologeticam in
 Manuscripto reliquit, quæ in Biblio-
 theca Melicensi asservatur: Denique *Vid. sup.*
 idem celeberrimus hic Auctor Biblio- *tom. 74. pag.*
 thecam Benedictinam Generalem elu- *114.*
 cubrare incoepit, & jam anno hujus
 sæculi decimo sexto epistolam encycli-
 cam ad omnia Ordinis sui Monasteria
 pro conferendis ad eam subsidiis lite-
 rariis edidit, & eorum, quæ jamjam
 impigro labore congesserat, quinque
 omnino scrinia manuscriptis referta in
 Bibliotheca Melicensi reliquit, at præ-
 matura nimis morte præventus, & die
 vigesima septima Martii anno ætatis
 quinquagesimo secundo nondum exple-
 to mortuus absolvere non potuit. VII.
 Josephus de Couto Pestana Lusitanus
 Eques Ordinis Christi, qui perelegans
 Carmen, cui titulus: *Quiteria*, & plu-
 ra alia poemata, necnon historiam sub
 Regibus Dionysii & Alphonsi IV. con-
 scripsit, die autem septima Augusti
Hist. Eccles. Tom. LXXV. P morte

Sæc. XVIII. morte præventus hanc Historiam
 A. C. 1735. solvere non potuit. VIII. Jacobus Lo
 gueval Jesuita, qui elucubravît tract
 tum de schismate, dissertationem
 miraculis, Historiam Ecclesiæ Gallic
 næ, cujus primos octo tomos publicè
 juris fecit: cum vero nonum & de
 mum elaborare vellet, die decem
 quarta Januarij apoplexia tactus,
 tam & calamum posuit; edidit quor
 plura alia, suppresso nomine suo: h
 tamen Historiam P. Fontanæ
 profecutus est. Ferunt, Longo
 lium reliquisse eruditam Historiam
 mipelagianismi. IX. Ludovicus Fr
 ciscus Ladvoat Decanus Curie Pa
 siensis Regiarum rationum, qui die
 tavo Februarij anno ætatis suæ
 agesimo primo mortuus ad post
 transmisit colloquia circa novum sy
 ma moralis & Physicæ scientiæ,
 disquisitionem in vitam ex naturali
 nitione beatam. X. Augustinus Wel
 Cameneclanus Episcopus Præsul
 te ac eruditione eximius, ac fidiss
 Stanislai Poloniæ Regis cliens, qui
 Czenstochoviensi Monasterio die
 cima Feb. repentina morte obiit, ac
 stamenti tabulis suam Bibliothecam
 Varsoviensi Carmelitarum discalceat
 rum Conventui, erudito autem
 reliquit paraphrasin in septem Psalm
 pœa

pœnitentiales, adhortationem ad piam Sæc. XVIII.
 & Christo dignam vitam mysticam ex- A. C. 1735.
 positionem Passionis Dominicæ, opti-
 mam formam Episcopi, præter pluri-
 mos sermones, quos ejus Nepos Jose-
 phus Wessel post Patruï obitum typis
 vulgavit. XI. Joannes Vignolius Pon-
 tificis Camerarius, & Vaticanæ Bib-
 liothecæ Pro-Præfectus, qui celebre
 sibi nomen fecit edita dissertatione de
 anno primo Imperii Severi Augusti,
 qua tamen lucubratione sibi plurium
 concertationem accersivit, descripsit
 quoque antiquiorum Pontificum Ro-
 manorum denarios, necnon librum
 Pontificalem seu Anastasii Bibliotheca-
 rii vitas Pontificum.

§. XL.

*Scriptores A catholici hoc anno de-
 functi, eorumque opera.*

Catholicis Scriptoribus adjungimus
 A catholicos, quorum celebrior me-
 moria lucubrationibus ad posteros trans-
 missis propagata est. Primus occurrit
 Joannes Doppert, qui posteritati reli-
 quit dissertationem de tectis laqueatis
 veterum Romanorum, commenta-
 tiones de Romuli commento & de Ale-
 xandria, commentaria de Scriptoribus

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

ornationibus sæculi VII. Dissertatione de solemnibus captivorum liberationibus die Paschatis, & de impia vita Monachorum in sæculis obscurioribus præsertim alia calamo minus moderato exarata. II. Joannes Jacobus Hottinger Calvinista, qui edidit suam Sfortiam Palatinum vicium infelicem Concilii Tridentini vindicem, Historiam formulæ Ecclesiarum helveticarum, fata doctrinæ de Prædestinatione & gratia Dei, Helveticæ Ecclesiæ Historiam, vindicias doctrinæ Evangelicæ contra Geroldi Wielandi Dialogum & trialogum, compilationem decem dialogorum ejusdem Wielandi, statum animæ post mortem, relationem de Pietismo & alia quædam, in quorum tamen potissimum quicquid virulentum, falsum, injuriosum, & calumniosum ipsa impudentia, & insana in Catholicos rabies venire poterat, sedulo congeffit, & vera quæ retulit, aut livido dente addidit, aut maligna interpretatione contaminavit. III. Christianus Blumberg Lutheranus, cujus lucubrationes sunt disputatio de causa apostasiæ Petri Beati ad fidem Catholicam reversi, monumentum Drusi Moguntinæ obvium, suspiria contra superstitiones, exercitium antibossueticum, de mysterio in corona Papali, quem librum Joannes

Hau-

Haunemannus confutavit, eidem vero Sæc. XVIII.
 Blumbergus opposuit alium tractatum, A. C. 1735.
 cui titulus: Mysterium Papali coronæ
 adscriptum ens hucusque reale, & ve-
 ritatem mysterii tiaræ Romani Pontifi-
 cis olim adscripti novis testimoniis af-
 fertam contra Andream Suffay & Petrum
 Bayle. Scripsit etiam fundamenta lin-
 guæ Copticæ, fidem in ipso justifica-
 tionis actu practicam, dissertationem
 exegeticam de praxi fidei Evangelicæ,
 Anti-Sincera Evangelicum, disser-
 tationem Anti-Bertianam de justitiæ
 Christi imputatæ prærogativa, & alia
 nonnulla. IV. Joannes Salomon Brun-
 quell, cujus præcipua opera sunt,
 Historia juris Romano-Germanici,
 dissertatio de utilitate ex historia & an-
 tiquitatibus sacris in Jurisprudentiæ
 Ecclesiasticæ studio, & de diverso pa-
 troni Ecclesiastici & laici jure, necnon
 de utilibus Patronorum juribus ex cor-
 rupto Ecclesiæ significatu natis &c. V.
 Joannes Rambach Lutheranus, ex cu-
 jus calamo fluxere annotationes in lib-
 rum Ruth, Esther, Nehemiæ, Ec-
 cles. Regum &c. Institutiones hermen-
 euticæ Sacræ, commentatio de sensu
 mystici Criteriis, in roductio Histori-
 co-Theologica in ep. ad Rom. morales
 reflexiones in octo beatitudines, & alia
 opuscula. VI. Ernestus Tenzel, qui

Sæc. XVIII edidit dissertationes de jure Principum circa delicta, eorumque poenas, dispositione ultimarum voluntatum, & alias causas, de dotalibus Ecclesiarum poenis defunctorum voluntatem non implentibus, & alia mere juridica.

VII. Gottlob Jenichen, qui typis divulgavit historiam Spinozismi Ieenhofii. Historiam & examen Bullæ Antiquæ nellianæ, de fundamento officiorum erga patriam, de lapide Jacobi &c.

VIII. Christianus Hofmannus scripsit Historiam juris Romano-Germanici, Scriptores rerum Lusaticarum, seriem rerum per Germaniam & in primis a transactione Passaviensi usque ad annum 1720. gestarum, reflexionem in Diaria, delineationem Bullæ Westphalicæ, Analysin pacis Westphalicæ.

IX. Georgius Johannis, qui collegit Moguntiacarum Scriptores, cilegium tabularum, & literarum veterum, miscella historiæ Palatinæ.

X. Thomas Haame Anglus, qui per Monachorum scripta in multarum Bibliothecarum scriniis delitescens publicæ luci dedit.

§. XLI.

Christiani ex Barbarorum captivitate liberati.

Postquam Patres Ordinis de redemptione a Muley Abdalla Maroccano Imperatore decretum obtinuerant, vi cuius quosdam Christianos ibidem sub duro servitutis iugo gementes pacto lytro redimere, ac sexdecim ex suis Religiosis unacum Chirurgo in Mequinesiano Nosocomio tam libere alere permittebantur, ut eos quovis pacto molestare, Mauris, ceterisque incolis severissime inhiberetur, præfati Patres pio huic operi sedulam admovere manum, & quidem tam prospero laboris successu, ut in Mequinesia Regno septuaginta omnino tres Christianos e captivitate diuturna liberarent; ex his erant quinque Jesuitæ, sex Sacerdotes sæculares, duæ mulieres, tres parvuli, & quinquaginta septem variæ conditionis Viri, quos PP. Josephus de Paira & Simon de Poito ex Salano portu in Lusitaniam comitati sunt, & ex eunte Mense Octobri Ulissiponem delati, cunctos hosce Christianos per nobiliores Urbis portas instituta solemnibus supplicationibus ad Ordinis sui Ecclesiam conducere, ut ibidem pro asserta libertate Deo Ter Optimo debitas gratias rependerent.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

§. XLII.

Grave Religionis diffidium inter Calvinianos Prædicantes Transylvanos.

Nil omnibus sectis magis proprium ac solemnius est, nisi quod, cum magis senescere incipiunt, eo demum maiores fiant, novas indies formas induant, a seipsis discrepent ipsique denique Sectariis despicabiles reddantur. Inde continuæ lites, dissensiones, intertationes & controversiæ, & quæ pejus est, tot doctrinæ reformationes quot capita. Id præcipue hoc ante experiebantur Transylvani Prædicantes; cum enim juvenes illi, quos in Præconum ministeria selegere, Francofordiæ, Francoqueræ, aliisque Germaniæ locis Theologiæ studio vacantes eruditatem Calviniani erroris de absoluto Prædestinationis & reprobationis decreto, seu de gratiæ particularitate primo nauseare, ac demum, cum illum concoquere non possent, evomere ceperunt, domumque reversi, quod libentius hauserunt, pleno alveo in partem effuderunt, & dogma de universalitate gratiæ Dei miserentis palam ore & calamo propugnarunt. Unde evenit, ut veteres Transylvani Præcones pupillam oculi

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

oculi graviter lædi existimantes, contra juvenes hosce Novatores toto doctrinæ, Zeli ac eloquentiæ suæ apparatus in aciem per plures annos procederent. Præcipui, quos impetebant, erant Franciscus Tseprugi, Georgius Vereszoti in Collegio Claudiopolitano Professores Theologiæ, necnon Michael Tatai, Andreas Bartha, Samuel Nadudvari, Josephus Mekfalvi, Langius, Andreas Hufzti, & Hermannus Venema Franckueranus Professor, quorum postremus cum Antonio Drieffenio Universitatis Groningensis Professore, jurato præfati erroris Calviniani Defensore propudiosam non minus ac diuturnam habuit altercationem. Hic enim primo Venemam tam in suo libro, quam in concione hæresis nota perstrinxit, cui tamen anno hujus sæculi trigésimo tertio mox Venema *expostulationem justam* opposuit, tum vero discordiarum flammis oleum est affusum; quippe Drieffenius aculeata duo scripta contra Adversarium suum evulgavit, quorum primum ita inscripsit: *Divina auctoritas Codicis novi Testamenti vindicata e strepitu variantium lectionum*

Et a controversia, quando, a quibus, qua auctoritate constitutus sit ejus canon contra Virum cel. H. Venema publica scriptione divinam constituti canonis N. T. Originem

P 5

ejus-

Sæc. XVIII. *ejusque integritatem sollicitantem. Dis-*
 titur etiam sententia de Personarum in D
 A. C. 1735 *vina Essentia inæqualitate, per quam ve-*
 notio Divinæ generationis & processum
 tollitur, creatio infertur, & necessario
 ad Sabellianismum, vel ad Arianismum
 itur &c. Alterum ejus scriptum huius
 præfert titulum: *hypotheses Arminian-*
zantes V. Cl. Venemæ detectæ & confu-
tæ. In præfatione respondetur ad V. Cl.
exposultationem. Haud segnior erat
nemæ calamus, quo in præfatione
Stephani de Brais opuscula suam
thodoxiam defendere nitebatur: con-
tra hunc tamen Driessenius tractatus
de sapientia hujus mundi, quam Deus
titiam fecit, & breves annotationes in
pugnatam Venemæ doctrinam edidit,
 quo de pluribus doctrinis erroneis
 versarium suum insimulabat, ac pro
 ceteris eidem exprobrabat, quod ad
 optatis Cameronis & Amyraldi hæc
 sibus duplicia decreta electionis & re-
 probationis statuisset, nempe unum
 generale, quod non ad Personas, sed
 earum fidem vel infidelitatem respice-
 ret, & alterum speciale, quod quidem
 absolutum esset, non tamen ad Beati-
 tudinem & damnationem, sed duxit
 xat ad participationem vel denegatio-
 nem fidei respiceret: e contrario autem
 generale hoc tantummodo Beatitudinem
 ve

vel damnationem importaret, quin ul- **Sæc. XVIII.**
 lum in particulari concernat &c. Huic **A. C. 1735.**
 Calvinistarum errori, cum præter re-
 latorum adhuc plures alii Calviniani Præ-
 cones obtreperent, inter hos & cru-
 diiores Prædicantes continuæ lites, &
 discordiæ oriebantur. Habentur con-
 tra eos Synodi, quidam acrius obsi-
 stentes officiis amoveantur, alii ad pa-
 linodiam vel invitati coguntur, ubique
 tumultus, confusio, scandalum, &
 non jam Religio, sed Rebellio, & fa-
 ctio. Hanc desolationis abominatio-
 nem amare debebat Georgius Bonyhai
 (alter Calvinianæ synagogæ Jeremias)
 in Transylvania Superintendens ac Ma-
 ros Vasarhelyensis Ecclesiastes, qui
 hoc anno die vigesima quinta Januarii
 ad Antonium Driessenium qui contra
 Transylvanos gratiam universalem pro-
 pugnantem acrius dimicabat, querulas
 has dedit literas.

„Humanissimas tuæ Claritatis de
 „die sexta Novembris anni proximi
 „elapsi Groninga datas, unacum præ-
 „fatione acclusa, accepi 2ima præsen-
 „tis Januarii debito cum respectu & ho-
 „nore, ex quibus summa cum condo-
 „lencia intelligo, graves inter Te ac Clar.
 „Venemam, disceptationes exortas de
 „præcipuis religionis nostræ capitibus,
 „men

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

„mentionemque iniicis motuum in
 „lesiis nostris Transilvanicis a nonnulli
 „fratrum nostrorum olim Cl. Venem
 „discipulorum superioribus annis ex
 „tatorum, simulque obnixè rogas, ma
 „nesque me officii, quatenus mihi sue
 „mæ curæ sit studium orthodoxo
 „apud nos conservandæ, ut Te doc
 „rem rei hujus apud nos actæ ratio
 „nem omnem. Hujus igitur brevibus
 „accipe speciem facti.

„Quintus jam labitur ab anno
 „annus, quo nobis innuit quor
 „dam fratrum nostrorum Franque
 „olim studentium suspecte hetero
 „xia, quorum præcipue unus im
 „tus hypothesei universalis gratiæ, pub
 „lice illud dogma apud auditores su
 „docebat, unde rixæ ac disputatione
 „inter ejusdem auditores exortæ fun
 „Quibus auditis, cum severe tam leg
 „bus nostris ecclesiasticis cautum sit
 „sub gravi censura, ne quid in doctri
 „na vel ritibus a quoquam innovetur
 „officii mei erat, his scandalosis inno
 „vationibus obviam ire. Ambo eque
 „dem horum fratrum, cum iisdem
 „ma hujus heterodoxiæ in supremo no
 „stro consistorio objecta esset, perne
 „garunt, se in illa sententia esse, si
 „malque orthodoxas nostras ad for
 „mam

„mam canonum synodaliū Dordra- Sæc. XVIII.
 „cenſium theſes de prædeſtinatione & A. C. 1735.
 „gratia reverſalibus ſuis, ſubſcriptio-
 „ne ac ſigillo roboratis approbarunt,
 „erroresque iisdem adverſos rejecerunt,
 „Similiter actum eſt cum tertio in Sy-
 „nodo particulari. Quartus vero, de
 „quo ſupra cum in fede noſtra ſuperat-
 „tendentali in quæſtionem vocatus
 „fuiſſet, non negabat ſententiam ſuam
 „de prædeſtinatione & gratia univer-
 „ſali, imo etiam ſtrenue aſſerebat, ne-
 „que eam ullo modo retractare vole-
 „bat; tamen literis reverſalibus datis
 „ſe obſtrinxit promiſitque, nec publice
 „nec privatim eam docturum, ſed paci-
 „ac uniōni ſanctorum operam daturum.
 „Verum poſtea fidei ſuæ ac reverſali-
 „bus minime ſatiſfecit, ſed cum res ac
 „materia ſic tulit, publice eandem
 „doctrinam ſuis auditoribus in publico
 „cætu docere cæpit, quod nobis gene-
 „rali viſitatione Anni proxime elapſi in-
 „notuit, eodem ipſo ſatente, ac dicen-
 „te, ſe non poſſe aliter docere, quam
 „credat atque coram ſede noſtra viſita-
 „toria ſyſtema theologicum *Limborchii*
 „ſupra ſyſtema *Heideggeri* laudabat.
 „Quare ſecundum canones noſtros ha-
 „buit gravem cenſuram nempe ſuſpen-
 „ſionem ab officio ſacro uſque ad ſyno-
 „dum generalem. Eadem noſtra ge-
 „nerali

Sæc. XVIII. „nerali visitatione innotuit etiam alio
A. C. 1735. „ex fratribus nostris, pariter olim Pro
 „nequeræ studens, qui rogatus fateba
 „tur, se etiam esse in doctrina unive
 „salissimi, verum adhuc hæerere se inte
 „duas hypotheses referebat subinde
 „quare eidem etiam injunctum est,
 „ad sequentem synodum se determin
 „in alterutram partem. Insuper sc
 „te velim, non tantum Franequen
 „verum ex alia etiam Universitate
 „ducem factum quemdam eadem
 „pothesi imbutum, ministrumque
 „tum in celebri nostra Ecclesia Nag
 „Engediensi, suis declarationibus
 „to majores dedisse turbas, scandala
 „factionesque in illa ecclesia in huc
 „usque diem. Dum itaque videre
 „Illustriissimi ecclesiæ nostræ Reform
 „tæ proceres occasione hujus innov
 „tionis tantas turbas ac scandala or
 „ad synodum nostram generalem ann
 „proxime elapso, in oppidum de K
 „külö congregatam e gremio suo d
 „delegarunt deputatos cum hac pro
 „positione, ne tales in doctrina inno
 „vatores in ministerio S. patiantur syn
 „odus. Quæ propositio cum congruent
 „facta esset legibus patriæ & canonicis
 „ecclesiasticis, id unanimi voto totius
 „synodi conclusum est, ne tales inno
 „vatores in ministerio S. patiantur, se
 „a la

„a sacra functione in perpetuum amo-
 „veantur, prout etiam prænominatus
 „minister Engediensis in eadem synodo,
 „cum sententiam suam neutiquam vel-
 „let retractare, ab officio sacro in perpe-
 „tuum amotus est amovebiturque, nisi
 „sententiam suam mutet, ac receptæ
 „orthodoxiæ nostræ se accommodet.
 „Hunc exitum habituri etiam alii, qui
 „leges patrias, ac canones nostros sus-
 „que deque habentes se receptæ or-
 „thodoxæ doctrinæ opponunt. Ita enim
 „habet synodi generalis Antistitum tam
 „Hungariensium, quam Transilvanien-
 „sium Szathmar - Nemethinæ anno.
 „1646. congregatorum canon. 19. 20.
 „21. statuit insuper, ut studiosis discendi
 „gratia in Academiis exoticas promo-
 „vendis non prius a patronis ac fautori-
 „bus eorum pecunia in manus tradatur,
 „quam expressis reversalibus se se fir-
 „miter obstrinxerint, quod nullam in
 „iis hæreticam aut heterodoxam, no-
 „minatim autem Socinianam, Armi-
 „nianam, & Anabaptisticam doctri-
 „nam imbibant, verum propheticam
 „& apostolicam, quæ in confessione Hel-
 „vetica ac Cateches. Heidelb. compre-
 „henditur, sententiam addiscent, ean-
 „demque & non aliam quamdam redu-
 „ces facti domi docebunt. . . . Si qui
 „vero ex iis, quibus jam aliqua eccle-
 „sia

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„sia aut schola commissa est suspecti ve
 „de doctrina vel de ritibus habeantur, di
 „ligens in eos a suis senioribus inqu
 „stio facienda, ac si certo comper
 „tum fuerit, vel heterodoxiam aliquam
 „fovere ac docere, vel vere novos rit
 „tus clam vel palam introducere stu
 „dere, post unam atque alteram ad
 „monitionem usque ad generalem sy
 „nodum ab officio arceantur. Quod
 „attinet ad formulam singularem mi
 „nisterii candidatis præscriptam, quæ
 „que sic est. Cum enim viderentur
 „illustres Proceres, tum synodus ge
 „neralis, nonnullos fratrum nostrorum
 „ex Academiis exoticis reducum Ab
 „minianissimi suspectos in doctrina inno
 „vasse, placuit ex utrinque formulam
 „strictiorem præscribere ministerii S
 „candidatis, confessionem Helveticam &
 „Catechesin Heidelbergensem adicien
 „do solitæ formulæ juramenti, quod
 „post scripta Prophetarum & Apostolo
 „rum doctrinæ iisdem contentæ adhæ
 „rere velint.

„Sic itaque Vir Clar. ad petiti
 „nem ac obtestationem tuam, in qua
 „tum causam Dei & ecclesiæ Reformate
 „agis, ut scribis rei apud nos taliter
 „actæ historiam tibi notam facere de
 „bui, fecique bona fide, non in eum
 „finem

„finem, ut litem tuam cum Cl. *Vene-* Sæc. XVIII.
 „ma meam faciam, ejusque nomini, A. C. 1735:
 „famæ, & existimationi hac relatione
 „detractum velim, cui ob eruditionem
 „semper multum tribuo, sed publica
 „ecclesiarum nostrarum, in iisque a
 „reformatione ad hoc usque tempus in
 „puritate suæ retentæ orthodoxiæ cau-
 „sa, ut eam in posterum etiam per Do-
 „ctores vestrarum Academiarum ac eo-
 „rundem discipulos ad nos reduces,
 „sartam tectamque conservare valea-
 „mus, neque eam a talibus novatu-
 „rientibus impeti permittamus. Nos
 „post Confessionem Helveticam & Ca-
 „tech. Heidelb. pro scriptis nostræ fi-
 „dei symbolicis de prædestinatione &
 „gratia habemus canones patrum sy-
 „nodi Dordr. nec ab illis recedere vo-
 „lumus. Optandum esset, ut etiam
 „in Belgio vestro, & alibi successores
 „non nulli eorundem patrum & Docto-
 „rum, juxta eosdem canones hypo-
 „theses suas instituerent, neque præ-
 „ter id, quod ibi scriptum est, saperent.

„De reliquo Vir Cl, te tuaque stu-
 „dia commendo divinæ benignitati,
 „Deus te diutissime conservet studiaque
 „tua divinæ gloriæ ac ecclesiæ Dei
 „emolumento inservientia feliciter se-
 „cundet.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. Q §. XLIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. XLIII.

Covetus Abbas à Jansenista trucidatus.

Hucusque Jansenistarum petulantia nonnisi famosis libellis, fraudibus, calumniis, mendaciis, confictis prodigiis sibi auctoritatem comparare moliebatur: Nimis autem infirmæ opprimendos suos Adversarios ipsi debebant hæc artes, hæc arma, horum adhibendum erat, & in viciorum eorum, qui se illis opponerent, gloriandum; non equidem sine humano naturæ horrore concipi poterat, cupidam factionis homines reperiri, non modo tam Divinas quam humanas leges pro tuendo suo fanatismo calcarent, sed etiam humano cruci se inebriare certarent, & quidem non alio ex fine, nisi ut semel conceptam opinionem, indeque natam perversionem, ac contradicendi libidinem tuerentur: Tam funestas tamen ideas Jansenius eo tempore implantabat veluti cuidam Sectario nomine Le Fevre professione pileorum artificis. Hic iniquissimo ferebat animo, quod Abbas Covetus Cathedralis ad B. V. Canonicus, & Parisiensis Archiepiscopi Vicarius, Jansenianos errores, quos an-

tea non modo adoptaverat, sed & fer- Sæc. XVIII.
 vide propugnauerat. jam sincero, fir- A. C. 1735.
 moque animo detestaretur. Acerbio-
 re dolore hujus insani animum lancina-
 bat funesta persuasio, qua hunc ipsum
 Abbatem præcipuam exstitisse causam
 crediderat, ut Cardinalis Noaillius,
 olim validissimum Quesnellianæ factio-
 nis fulcrum, potentissimis Benedicti
 XIII. monitis tandem cederet, & Ec-
 lesiæ judicio debitum deferret obse-
 quium. Utriusque hujus Præsulis pa-
 linodia vulnus haud sanandum doctri-
 næ puritati, & quod maximum erat,
 suæ Sectæ inflitum fuisse arbitrabatur
 fanaticus iste homo; ultionem igitur,
 quam in mortuum Cardinalem exerere
 haud ultra poterat, in vivos parat, &
 furore ac rabie percitus, præprimis
 Abbatem perimere statuit: Opportu-
 nam sceleri quærit occasionem, pu-
 gione ad ictum parato: Infausta etiam
 forte Abbas die vigesima nona Aprilis
 ad Ecclesiam Cathedralē contendit,
 quo conspecto obviam procedit sicari-
 us, pugionem extrahit, diro vulnere
 Abbatem confodit, & patrato scelere
 mox fugam arripit. Abbas, doloris sen-
 sum opprimente terroris vehementia,
 se vulneratum haud credidit, unice
 coram vicinis in opem accurrentibus,
 conqueri auditus, quod protervus qui-
 dam

Sæc. XVIII.

A. C. 1735

dam homo pugnum in ejus latus imp
 gisset : Ast gressum promovens , cu
 Archiepiscopalis Palatii scalas conscen
 dere parat , subita animi defectione
 genua concidit : brevi tamen sibi res
 ditus , ad Cathedrale Capitulum
 ferri petiit , suum ibidem Canonice
 tum suo Avunculo resignaturus .
 de vero ad ædes suas delatus , die
 gesima ejusdem Mensis animam Deo
 reddidit , infelix Quenelliani tum
 victima . Nec diu ultrix Nemesis
 rilegum homicidam insequi tardavit .
 tertia enim post facinus hora in porta
 qui a Diva Virgine nomen habet ,
 Satellitibus comprehensus in vincula
 datur : Habita in eum quæstione
 patrata cæde , fatetur , se hunc Abbe
 tem occidisse , eoquod hic ipsum a
 fandis nuptiis cohibuisset , simulque Sa
 cramentalem ei absolutionem denega
 set ; de cetero se vehementer dolere
 quod tres adhuc alios , nimirum Par
 chum ad S. Margaretham , ordinari
 cognitionis Judicem , & supremum
 bis & anonnæ Præfectum trucidandi
 occasio sibi esset prærepta ; si horum
 guine sitim suam explere potuisset , se
 bi crudelissimam quoque mortem sum
 mæ jucunditati fore ; tormenta enim
 quæ ipsum expectarent , sibi haud in
 cognita esse , nec illis ullo pacto terrent
 &c.

&c. Protervum hoc responsum crede-
 batur læsæ mentis argumentum esse,
 facta autem ulteriori criminis inqui-
 sitione deprehensum, eum esse Convul-
 sionistam, & Jansenianæ, uti ipse fa-
 tebatur factioni addictissimum, proin-
 fanatismo abreptum credidisse, se Deo
 præstitisse obsequium, quod Abbatem
 Couetum, utpote fervidum Constitu-
 tionis vindicem, e vivis exturbasset;
 sique hac die hunc interficiendi oppor-
 tunitas eum fessellisset, se firmo statu-
 se animo, ut eo tempore, quo Pari-
 siensis Archiepiscopus in festiva Pente-
 costes die Sacrum solemne celebraturus,
 sibi assistentem haberet Couetum
 Vicarium suum, illum publice in Ara
 ad Archiepiscopi latus pugione trans-
 foderet. Tanti igitur sceleris immani-
 tate per propriam rei confessionem com-
 probata, ut vindicis justitiæ insigne do-
 cumentum Jansenistis daretur, in sa-
 crilegum pronuntiatur sententia, vi
 cujus solo indusio indutus, & fune ad
 collum appenso cereum in manibus ge-
 stans ante fores Ecclesiæ ad B. Virgi-
 nem a Deo, Rege, & populo delicti
 veniam peteret, ac demum dex-
 tera amputata ad supplicii locum ab-
 stractus, vivus capitali rota interime-
 retur, elisæque membra rotæ infami
 innecterentur. Enimvero Regius Pro-
 cura-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII. curator ab hac sententia ad Parlamen-
 tum appellabat, caussatus, hanc pe-
 nam uni homicidio non esse commea-
 suratam, eam, etsi plurium cædum
 voluntas accessisset, omnino mitiga-
 dam esse; Attamen Parlamentum per
 fata sacrilegii atrocitate, atque exen-
 plum in improbos constituendi neces-
 sitate, criminalis iudicii sententiam
 tam habuit, quæ etiam die octavo
 Maij executioni data est. En! Quo-
 usque pertinax sectariæ novitatis
 dium hominem pertrahere valeat.

§. XLIV.

Alia Jansenistarum molimina.

Hac supplicii severitate nondum Jan-
 senistæ, quos *Convulsionarios* vo-
 cant, a sua insania curabantur; sæpius
 enim concubia nocte Viri ac mulieres
 omnisque conditionis homines clas-
 convenerant, & inter cantus ac pre-
 ces per urbem erectis vexillis noctu-
 nas circumducebant processiones, ali-
 quoque in suis conventiculis consue-
 patiebantur convulsiones; Id vero
 resciverat Heraultus criminalis
 Præfectus, cum suis satellitibus in
 rum domos irrupit, & quotquot con-
 prehendere poterat, ad Bastilliæ car-
 ceres

ceres abduci iussit, alios quoque numero viginti octo, qui ad ridiculi sui Thaumaturgi tumulum supplicantium more incessisse convicti erant, pariter in vincula coniecit. Non deerant tamen, qui ejusmodi fanaticorum insaniam, eorumque errores ore & calamo defenderent: ea propter Parisina urbs integro infamium libellorum torrente inundabatur, in quibus Sectarii indignum in modum convitiis & calumniis proscindebant omnes illos, qui perverſæ eorum doctrinæ venenum, fraudes ac perfidias detegere adlaborabant: Nil tamen magis Christiano nomine indignum erat, quam quod plusquam septuagenarius Franciæ Archi-Præſul Sanitiensis non modo pro comprobandis Parisii miraculis epistolam sub titulo: *Epistola Sanitiensis Episcopi de erroribus sparsis in quibusdam novis scriptis* ediderit, sed etiam Appellantes nec esse schismaticos, nec Constitutionem esse acceptandam, ex his ipsis ludicris commentis probare conatus sit, tanto Convulsionistarum plausu, ut hujus Præſulis epistolam passim *admirabilem* vocitarent. hanc tamen ipsemet Montpeſſulanus Episcopus, quantumvis juratus Constitutionis hostis, egregie confutavit. Petulantius vero præ ceteris contra veritatis vindices virulen-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII. tum suum calamum exercere perge-
 A. C. 1735. Anecdotorum Author, qui eo teme-
 tatis prolapsus est, ut in tertio su-
 rapsodiæ tomo suæ factionis Prole-
 tos haud obscure exhortari præsum-
 ret, quatenus ex Ecclesiæ gremio
 lam excederent: Nec id abs re; ser-
 enim pensata Jansenismi & Quesnellian-
 ismi natura constat, illum nil nisi pro-
 scriptum esse Calvinismum, qui, cum
 in Orbe Catholico aperta fronte
 inustum stigma comparere minime
 deret, purioris doctrinæ larva occul-
 tus irrepfit, & aliquamdiu inter
 vinitas Ultrajecti in parva Ecclesia
 tuit, hodieum vero protervius in
 tholicis regionibus invalescit; inde
 tem timendum, ne brevi Quesnellian-
 stæfese palam & sine fronte Prote-
 stantibus conjuncturi, cum illis, uti
 unum cor & anima sunt, ita unum
 corpus ac societas fierent, integre
 Provinciis demirantibus, se esse
 vinitano - Lutherano - Quesnellian-
 Eo sane collimare Quesnellistarum
 limina, inde sat clare patet, quod jam
 dum Gallicanam Ecclesiam cum Angli-
 cana conformare, & spiritui primo
 singulare tribunal erigere, necnon
 ad stabiliendam plenam conscientie li-
 bertatem omnia sus deque movere,
 omnibus suis libellis conati fuerint: Hoc
 spi-

spiritu animatus Auctor præfatus in *Sæc. XVIII.*
 suis Anecdotis manifeste demonstravit, *A. C. 1735.*
 Quesnelistas firmum fixumque habere,
 ut super se nec Papam, nec Regem
 pati vellent; quid ergo aliud intendunt,
 nisi ut Ecclesiam horrendo schismate
 scindant, & regna periculosis seditio-
 nibus perturbent? Id invictis argumen-
 tis ad Quesnellistarum confusionem in
 sua Anecdotorum refutatione demon-
 strabat Petrus Lasiteau Sistaricensis
 Episcopus. Quoniam vero hi Novato-
 res tum apud potentiores tantum au-
 ctoritatis haberent, ut fanaticum suum
 librum a sæculari Curia suppressi præ-
 pedirent, econtrario autem præfati
 Episcopi refutationem, quamprimum
 publicam lucem aspexerat, Regii Sena-
 tus decreto die decima nona Augusti
 prohiberi procurarent, inde animosio-
 res facti infamem suam *Historiam de*
libro reflexionum & Constitutione impo-
 sturis turgidam per universum pene Or-
 bem impune divulgaverunt, & præfatam
 Constitutionem, qua eorum errores
 fuere damnati, omni, quo poterant,
 modo impugnaverunt: Præcipue vero in
 opem vocabant tam apertas fraudes, ar-
 tes que dolosas, ut plane vix comprehen-
 di queat, quod Viros alias sano iudicio
 præditos, atque auctoritate insignes
 seducere potuerint. Demum Janseni-

Sæc. XVIII. stæ eo temeritatis devenere, ut non
 A. C. 1735. ne maximo proborum horrore & scanda
 dolo certissimas quasque Religionis Ca
 tholicæ veritates præfracte negarent
 ad hanc tantamque proterviam non mi
 sensim ac per gradus pro more omnium
 Novatorum prolapsi; primo enim sicut
 olim Lutherani ad Synodum provoc
 bant, ita hi reflexionum librum, in quo
 totum doctrinæ suæ venenum contine
 batur, per authenticam Pontificis Con
 stitutionem damnari petebant, obsequium
 polliciti; postquam ejusmodi Constitutio omnibus dec
 nis Apostolicæ prærogativis dotata præ
 dierat, eam esse obscuram causabantur,
 proinde explicandam esse contendebant,
 falso persuasi, Papam, utpote
 supremum Legislatorem nunquam a
 paucorum petitionem legem suam
 unde clarissimam explicaturum: ubi
 vero eum ad petitas explicationes per
 ratum cernebant, cum suæ inobedien
 tiæ prætextum hac ratione submoverent,
 pertimescerent, ipsam Bullam in se
 ipsa adeo vitiosam esse opponebant, ut
 legitimæ explicationis incapax esset,
 quapropter ab ea ad futurum Concilio
 Generale appellabant: Opponebat
 tur eis, præter Pelagianos & Lutheranos
 in tota retro antiquitate Ecclesiastica
 nullum reperiri exemplum appellationis

lationis a Bulla dogmatica in univ^{er}sa Sæc. XVIII.
 Ecclesia recepta interpositæ, ac ejus- A. C. 1735.
 modi provocationem idem esse, ac ab
 Ecclesia dispersa appellare ad Ecclesiam
 congregatam, talemque appellationem
 non minus frivolam, quam schismati-
 cam esse: ne ergo ad hunc lapidem offen-
 dere viderentur, aperta fronte Ecclesiæ
 dispersæ auctoritatem pernegabant, seu
 quod idem est, ac negare, quod detur
 Ecclesia infallibilis omni tempore sub-
 sistens: quo principio totius Ecclesiæ
 auctoritatem negabant.

Tandem eo usque progressa erat eo-
 rum rebellio adversus supremum Eccle-
 siæ Pastorem ac Judicem, ipsumque
 suum legitimum Regem, ut nec preci-
 bus, monitisque, nec moderationis,
 ac clementiæ viis a sua pervicacia ad
 obsequium reduci paterentur; quippe
 ipse summus Pontifex literis paterno
 affectu, ac tenero amore plenis eos ad
 veritatis semitam revocare studuit, Lu-
 dovicus quoque Franciæ Rex, licet
 obedientiam absoluto imperio a suis
 subditis extorquere potuisset, omnes
 tamen conciliationis rationes ad sedan-
 dos animos aptas, sibi que suggestas ad-
 hibere non dubitavit: ipsum etiam Pur-
 puratorum Collegium nullum non mo-
 vit lapidem, ut promeritæ anathema-
 tis

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

tis poenæ suspenderentur, & refracti
 rii ultro ad subjectionem permoveren-
 tur: Denique cuncti ferme Galliarum
 Episcopi, Clerus Gallicanus & Sorbo-
 na ad omnes concordiae vias sese pro-
 pensissimos exhibebant, & animo pro-
 fus heroico tot tantaque incommoda
 convitia Religionis pacisque studio
 lerabant, unice, ut a veritate de-
 ad rectam semitam reducerent. In-
 cassum tamen omnia; Quesnellus
 enim, ut sedis Apostolicæ jugum ex-
 cutere possent, Pontifices in suo iu-
 dicio errasse, pertinaciter contendunt, et
 ab adventu Christi Domini usque ad
 hodiernum diem soli Pontifici & Episcopis
 res fidei juxta potestatem ipsius
 Deo datam decidendi auctoritas con-
 petat; cum ergo hi Novatores contra
 Christi promissionem Papam & Episcopo-
 rum Corpus errasse propugnarent,
 quid aliud faciunt, quam ut ipsius
 Evangelium evertant? cumque iterum
 Regum suorum edictis pervicaciter
 obstrepant, quid aliud timendum, nisi
 quod hæc factio per alias Societates
 æque perversas aucta tandem non modo
 Ecclesiasticam, sed & profanam
 Monarchiam eliminare moliatur.

§. XLV.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

Nova concertatio ob emendatum Breviarium Parisiensis Archiepiscopi.

Sicut Quesnellistarum pertinacia sat turbulentos in Galliis excitaverat motus, ita immoderatus Molinistarum fervor vix non parem conflavit tumultum. Illius occasio erat hæc: Carolus Casparus Guilielmus de Ventimilia Comes Massiliensis du Luc Parisiensis Archiepiscopus, quædam absurda in Breviario, quo hucusque ejus Diœcesis utebatur, contineri existimabat, eapropter Viros pietate ac eruditione Ecclesiastica claros jam quatuor abhinc annis selegit, qui illud emendarent, & additis, demptisque aliis ad formam Clero magis proficuam redigerent. Hi anno priori demandatum opus feliciter ad exitum deduxerunt, & correctiones factas Archiepiscopo exhibuere: Tantopere Præsulem hic labor oblectabat, ut novum hoc Breviarium hoc anno Parisinis literis excudi curaret, illudque in omnibus Ecclesiis, Monasteriis, aliisque Communitatibus in usum deduci præciperet, eo potissimum nomine, quod sibi probe perspectum haberet, jam antea a Ludovico de la Vergne de
Tres-

Sæc. XVIII Treſſan Rothomagenſi Archiepiſcopo
 A. C. 1735. conſentiente ejus Capitulo Cathedrali
 ejusmodi emendatum Breviarium
 hac Diœceſi invecum, non ſine co-
 muni applauſu receptum fuiſſe.

§. XLVI.

*Parifini hujus Archiepiſcopi manda-
 tum pro recipiendo novo Bre-
 viario.*

Parem ſibi applauſum utilitate
 pollicebatur Pariſienſis Archiepiſ-
 copus, quapropter die decima ſeptima
 Maij ex ſuo Archiepiſcopali Palatio
 univerſum Diœceſis ſuæ Clerum
 quens promulgavit præceptum:

Dilectiſſimi Fratres.

„Quamprimum Divina providentia
 „nos ad regendam hanc Diœceſin voca-
 „verat, mox edocti, ſummopere necesse
 „rium eſſe, ut Breviaria, Miſſalia, &
 „cetera Eccleſiæ ritualia noſtrorum
 „Prædeceſſorum jufſu confecta recep-
 „derentur, hinc noſtrarum partium
 „eſſe judicavimus, ut juxta S. Decretum
 „& præcipue ex præſcripto Canonis ve-
 „geſimi primi Synodi Pariſinæ anno
 „ſupra milleſimum quingentefimo vige-
 „ſimo octavo celebratæ quædam et
 „præ-

„præfatis libris eliminemus, & quæ-
 „dam in eis immutemus, alia vero sub-
 „rogemus, quæ Clero & fidelibus no-
 „stræ curæ commissis utiliora censebi-
 „mus. Eo fine ejusmodi selegimus Vi-
 „ros, quorum dexteritate ac eruditio-
 „ne exoptatam hujus operis perfectio-
 „nem nobis polliceri possemus: Hi
 „etiam per plures annos huic labori
 „cum tanto progressu insudarunt, ut
 „non nisi magna animi nostri satisfac-
 „tione & solatio perceperimus, Bre-
 „viarium a nobis nuper publicatum cum
 „applausu fuisse exceptum, & a pluri-
 „bus Præsulibus in eorum Diæceses in-
 „troductum fuisse. Enimvero illud ex
 „ipsis S. Paginæ verbis & SS. Ecclesiæ
 „Patrum libris ex integro compositum
 „est, & quicquid in eo legitur, Divini
 „cultus Majestatem, Religionis sancti-
 „tatem, & sponsæ Christi dignitatem
 „manifestat. Præterea Ecclesiastici,
 „quibus cura animarum demandata est,
 „in eo uberem, ac superabundantem
 „apparatum ad propriam utilitatem &
 „fidelium institutionem reperient.

„Eapropter ex consensu & appro-
 „batione Venerabilium Fratrum nostro-
 „rum Decanorum, Canonicorum, &
 „Metropolitane nostræ Capituli, om-
 „nibus Ecclesiis, Communitatibus, Or-
 „dinibus,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Sæc. XVIII. „dinibus, Collegiis, Monasteriis, aliis
 A.C. 1735 „que Religiosis Domibus & denique
 „omnibus & singulis, qui in nostra
 „Diœcesi ad persolvendum pensum Ca-
 „nonicum adstringuntur, præcipimus
 „atque injungimus, ut sibi speciatim
 „de novo hoc Breviario prospiciant
 „ita ut illud privatim & publice a Do-
 „minica SS. Trinitatis hujus anni, ad
 „saltem intra trimestre a die dati hujus
 „mandati recitare incipiant, districte
 „autem omnibus & singulis interdici-
 „mus, ne juxta mandati nostri Bre-
 „vii præfixi tenorem ullo alio Bre-
 „vii intra totam Diœcesin nostram
 „antur, adeo, ut, cum nostras po-
 „ces invicem hacratione conjungimus
 „& in unitate Spiritus perseveramus
 „pariter in tempore nostro eandem in-
 „petremus gratiarum abundantiam
 „qua primi Christiani olim reple-
 „erant. Ne igitur quiscunque ignora-
 „tiam obtendere queat, omnibus Do-
 „canis, Sacerdotibus, & Ecclesiarum
 „ac Ordinum Superioribus &c. præcipi-
 „mus, ut præsens hoc nostrum manda-
 „tum proximo Pentecostes festo, ad
 „proxima post ipsius receptionem Do-
 „minica die publicent, & in Sacristiis,
 „aliisque locis affigi curent. Datum &c.

§. XLVII.

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

*Quorundam oppositiones contra hoc
Breviarium.*

Quamvis hoc Breviarium non modo in Parisina sed & aliis Diæcesibus communi ferme usu ac calculo comprobatum esset, immoderatiores tamen quidam Constitutionis Vindices, quod in eo carperent, brevi invenere, ac intempestivo suo ardore eo processerunt, ut palam divulgarent, in hoc libro doctrinas reperiri adhuc magis periculosas, quam in Jansenii & Quesnelli propositionibus fuissent damnatæ: Paulopost invulgus spargebatur scriptum quoddam, cui titulus: *Epistola circa novum Breviarium Parisiense*, in ea hujus Breviarii Authores sine ambage vocabantur *Calviniani systematis hæredes, iniquitatis ac hæresis rei &c.* Verum vix Parlamento hoc scriptum innotuerat cum illico Conventum celebraret, in quo præsentibus Triumviris Regiis Petrus Gilbertus de Voisin Regius Advocatus in hæc verba effatus est:

„Quis unquam credidisset, Breviarium non ita pridem ab hujus Metropolis ac Diæcesis Archiepiscopo compositum tam infami libello proscissum
Hist. Eccles. Tom. LXXV. R „iri:

Sæc. XVIII., „iri: minus vero præfami potuissent
A. C. 1735. „quod tam laudabilis conatus totum
 „exoptatus, & luculentum Pastorem
 „solicitudinis monumentum tam in
 „pigro labore, ac tanta circumspiciendo
 „ne elaboratum infimularetur, periculum
 „acsi Jansenianæ factionis opinionibus
 „de quibus tamen Parisiensis Archiepiscopus
 „copus nulla vel levissima unquam
 „suspensione violatus erat, plus nimis
 „veret. Nihilominus tam indigna
 „tari cernimus in quadam epistola
 „jurdam Anonymi furtive impressa
 „qua Auctor sub tam vano prætextu
 „Præfatis sui auctoritati opponit,
 „modo prorsus indigno in Breviario
 „ab eo Diæcesanis traditum calumniam
 „proterve debacchatur, imo nec
 „ejusdem Archiepiscopi Personæ
 „cit, sed stupido prorsus artificio
 „mulat, ac si ipsius auctoritatem
 „fendere vellet“.

„Si impii hujus libelli judicio
 „dendum foret, hujus Breviarii Auctores
 „res suspicandi ansam præberent, se non
 „specietenus esse Catholicos, eosque
 „concinando non nisi hæretico spiritu
 „in sacram sedem animatos fuisse. . . .
 „utpote dignissimos Calviniani dogmatis
 „redes, luculenter prodere, quod doctrinam
 „Ecclesie auctoritatem haud ultra agere

rent, sed profiterentur, quemlibet fidelium Sæc. XVIII.
 posse ac debere semetipsum juxta privatum A. C. 1735.
 suum judicium judicare: Præterea hujus
 Epistolæ Auctor illos, qui huic Breviario operam dedere, palam de hæresi & malitia postulat, & queritur eo rem esse deventam, ut venerandi Ecclesiæ Patrum textus e fidelium manibus rapiantur, eisque e contrario cujusdam Appellantis, & hæresin foventis blasphemicæ subrogentur, & fidelium labiis imponantur. Verbo dicam, vix magis virulentæ & calumniosæ expressiones, vix acerbiora probra excogitari possunt, ac in infami hoc libello usque ad extremum apicem expressa leguntur.

Quam horrendum Spectaculum! exclamat Auctor, hujus Breviarii oppugnatore, abominatio desolationis in ipsum quoque Sanctuarium invehitur; sacrata Sacerdotum labia ad impietatem Baals exoriantur, nostraque Tempia Blasphemiis ac hæresibus resonare audiuntur. Cuncta in Breviario contenta Authori displicent, illudque vocat monstruosum, ait quoque totum Corpus esse massam infecto ac fetido fermento repletam, quam quis tangere non posset, quin ea inficiatur. Tam proterve loqui audet de opere adeo venerando, de quo tamen constat, illud conscio, promovente, imo etiam jubente

R 2

Ar-

Sæc. XVIII *Archiepiscopo Parisiensi publici juris*
 A. C. 1735 *factum.*

„Frustra Auctor jactitat reverentiam erga hujus Præsulis Personam, in vanum gloriatur, quod ipsius orthodoxiam. Dei timorem ac Zelum vindicare velit, dum ejus auctoritatem, agendique rationem tam indecorose, no modo infectatur, & laudum præconia huic Præsuli jure debita in toto libello velut inique attributa venditat; enim ferme pagina Archiepiscopo contra quod Breviarium divulgavit, quod rarum opus esse tam manifeste patet, haud exacta inquisitione egeat, sed hostis vestigia & errorum abominatio prodat. . . . Ubique Novitatum Avæ detracta larva agnoscitur, quamvis sese se se occultare satagat; ubique enim num semen Zizaniis suffocat.

„Quis sibi quæso, persuadere poterisset, tam atroces & male consultas criminationes tantum valituras, operi, quod ex tam Venerandis personis, quales sunt Parisiensis Episcopi, suum honorem eriperent, illaque traducere possent, velut medicamentum quo fulelium Religio perturbatur, cum erroris novitatisque stigma in fronte gerat.

„Verum hæc probra duntaxat in Sæc. XVIII.
 „eorum recidunt capita, quibus fir- A. C. 1735.
 „mum fixumque est, ejusmodi errores
 „ac novitates aut adoptare, aut pro-
 „pagare. De cetero semper nostrarum
 „partium est, ut eas in hoc libello con-
 „tentas supprimamus; præsertim vero
 „maliciosæ illæ artes, quibus dissensio-
 „nis semina in sacratum nostrum Mini-
 „sterium spargere & oves contra Pasto-
 „rem incitare adlaboratur, Parlamen-
 „ti censuram exposcunt; severe etiam
 „castigari meretur temeraria protesta-
 „tio, qua Author declarat, *veros Ca-*
 „*tholicos in acceptationem hujus Breviarii*
 „nunquam consentire posse; illud enim uni-
 „ce eo collimare, ut *Catholicæ Religionis*
 „*fundamenta evertere, & super ejus ruinis*
 „*centies damnatas doctrinas erigere valeat.*
 „Hæc vox longe diversa est a jactata
 „submissione erga legitimi superioris &
 „præcipue primorum Pastorum auctori-
 „tatem: nempe certissimum est, quod pri-
 „vati commodi spiritus ad quamcunque
 „demum corruptelæ & excessus speciem
 „inducat, semper debitam subordina-
 „tionem excludat, & si semel in ho-
 „mine dominatur, nullam aliam le-
 „gem, quam inordinatas passiones,
 „nullum alium ductorem, quam cæ-
 „cum opinionum suarum impetum, &
 „protèrviam admittat. Igitur necesse
 R 3 „est,

Sæc. XVIII. „est, ut libellus hic tantopere impu-
 A. C. 1735. „justitiæ ac Parlamenti severitatem in
 „nime effugiat: eo fine Vobis illius
 „emplar porrigimus, qua vero per
 „in damnandum hunc foetum animæ
 „vertendum esse censemus; ex annexæ
 „nostro judicio perspicietis“. Absol-
 Regii Procuratoris oratione Trium-
 præfatum libellum, cui præfixus est
 hic titulus: *Epistola circa novum Bo-*
viarium Parisiense anno 1736. die 25
Martii impressum, unacum Procura-
 ris judicio discussert, & habita-
 ter se deliberatione die octava
 præceperunt, ut hæc epistola in pub-
 co foro carnificis manu dilacerata
 buratur, cunctisque Typographis
 Bibliopolis severe inhibeatur, ne illam
 vel imprimere vel vendere præsumat.
 Porro hæc sententia præfata die
 cutioni data est, nec tamen propter
 intempestivus Molinistarum ardor re-
 dit; paulopost enim alium divulgatum
 libellum ita inscriptum: *Expositio*
Epistola secunda ad Archiepiscopum Parisi-
ensem, in qua rursus hunc Præfatum
 Jansenianæ hæresis insimulabant,
 lumque mordaci calamo, indignum
 modum insectabantur: Verum hæc
 quoque epistola Parlamenti decreto die
 decima Augusti ad rogam damna-
 fuit:

Tanta vero erat Oppugnatorum te- Sæc. XVIII.
 meritas, ut tertiam quoque epistolam A. C. 1735.
 atrabile infectam adversus hoc Brevia-
 rium in vulgus spargerent. Eapropter
 sedulo in earum Authores inquisitum,
 quorum tamen astutia, & arcani reli-
 gio inquiringentium solertiam fallebat: in-
 simulabantur quidem Jesuitæ, qui ta-
 men apologia Archiepiscopo porrecta
 suam innocentiam vindicabant, alla-
 tisque rationibus demonstrabant, se
 nullam omnino partem in conficiendis
 evulgandisque ejusmodi scriptis ha-
 buisse. Ceterum Doctores illi immo-
 derationes cum Parisiis parum profice-
 rent, magis prosperum sui Zeli succes-
 sum sibi Romæ pollicebantur; nec ir-
 rito prorsus conatu; quippe per suos
 Emissarios ex Cardinalibus ac Præla-
 tis nonnullos tam dextre ad sua pertra-
 habant studia, ut Clemens XII. Papa
 Parisios ad Reinerum Delcyum sedis
 Apostolicæ Nuntium literas daret, in
 quibus præfatum Breviarium sibi us-
 quequaque non probari declarabat:
 Acceptis hisce Papæ literis Nuntius
 Compendium contendit, illas Fleuryo
 Cardinali porrecturus; Hic vero pro-
 positis variis rationibus has literas ac-
 ceptare recusabat, ac Nuntio persuade-
 re conabatur, nil consultius esse, quam
 ut præfatas Papæ literas Romam re-
 mitte-

R 4

mitte-

Sæc. XVIII, mitteret, atque urgendo hoc negotium
 A. C. 1735. penitus superfederet: Enimvero in
 perhabitis omnibus hisce motibus in
 Breviarium non modo in omnibus
 me Parisinæ Diæcesis, sed & in aliis
 locis recipiebatur, & Seminaristæ ad
 Sulpicium, & ad S. Nicolaum, & ad
 ceteris acrius sese opponebant, semper
 remissius agere, nilque adversus Bre-
 viarii usum movere cœperunt, eoquod
 illud tanquam magnæ utilitatis, &
 que doctrinæ liber a potissimis magis
 haberetur: Fertur quidem, quod Archie-
 piscopus ad declinandam ulterio-
 rem molestiam statuerit, encyclicam
 divulgare literas, in quibus unicuique
 novo Breviario utendi libertatem con-
 cederet: ast Parlamentum, & sancti
 Regis Senatus immote institit, ut huius
 Breviarii usus ubique invalesceret. Ba-
 nus propitium sui laboris successum in-
 buit Bossuetus Trecensis Episcopus, qui
 novum quidem Missale ac Breviarium
 pariter edidit, & approbantibus vigin-
 ti tribus Canonicis illud in suam Diæ-
 cesin invexit: octo tamen Canonici illud
 apud Senonensem Archiepiscopum
 denuntiabant, qui etiam severo man-
 dato ad suæ Diæcesis Clerum, & Tre-
 cense Capitulum misso illius usum in-
 dicto anathemate inhibuit, eoquod in
 illo plures errores in Jansenio, Baio &
 Quæ-

Quesnello damnati innovarentur, & Sæc. XVIII.
 variis Missæ ritibus immutatis, plu- A. C. 1735.
 ra pietatis exercitia erga B. V. usu
 approbata abolerentur. Eo Religionis
 studio Cameracensis & Embrodunensis
 Archiepiscopi Missale proscripsere. Tre-
 centis vero Episcopus illius integrita-
 tem vindicaturus unacum aliis Episco-
 pis sibi faventibus apud Regem quere-
 batur, qui hujus libri examen Viris pro-
 bis ex Episcopali Ordine & Regis Senatu
 electis commisit, ut juxta datam rela-
 tionem, quod veritati æquitatque
 consonum esset, decernere posset, in-
 terim die undecima Junii edito decre-
 to tam Senonensis, quam Trecensis
 Episcopi libellos supplices his reddi
 præceptum, inhibitumque ceteris Cu-
 riis, ne sese huic negotio ingererent.

§. XLVIII.

*Plures libelli contra Constitutionem
 editi & ad rogum damnati.*

Præter supradictas epistolas contra
 Breviarium vulgatas per deputatos
 Judices eodem hoc anno insuper singu-
 lari edicto publice infami igne absump-
 ti sunt sequentes libelli. *Annotationes,*
quibus doctrinæ per Constitutionem damna-
tæ conformitas cum S. Scriptura & tra-
ditione

R 5

Sæc. XVIII. ditio ostenditur II. *Reflexiones in miran*
 A. C. 1735. *la moderna Abbatis Parisii. III. Veru*
 per errorem oppugnata, in quo libel
 Author adversus Constitutionem tu
 quam errorem vehementer declam
 IV. *Reflexiones & reflexionum argumen*
circa captivitatem Babylonicam, ubi p
 riter *Constitutio Unigenitus* impug
 tur. V. *Farrago circa Ecclesie cont*
versas; infamis hic libellus præter op
 ris malitiam insuper præfixas habet
 figuras æri incisas, & oppido turp
 VI. *Diabolus ægrotans*. Hæc raptim
 ad normam allegorici figmenti concin
 nata, calamo effræni, & dente libelli
 tam Constitutionem, quam præsent
 ævi politicum regimen corrodit, & p
 cipuos Aulæ & Ecclesie Ministros
 probrosam in modum infectatur: O
 terum hi libelli non modo a carnalibus
 lacerati, atque in ignem coniecti, sed
 insuper Typographi, qui eos furto
 impresserunt, ac vendiderunt, gra
 bus suppliciis mulctati fuere.

§. XLIX.

*Fleury Cardinalis sollicitudo in
 lendis Gallicanæ Ecclesie
 diffidiis.*

Sub idem tempus Cardinalis Fleury
 nullum non movit lapidem, ut ejus
 mod

modi schediasmatum torrenti aggerem Sæc. XVIII.
 opponeret, & tandem Ecclesiæ Galli- A. C. 1735.
 canæ pacem restitueret. Eo sine va-
 ria concordiæ media summo Pontifici
 proposuit, & præcipue perdemisse ab
 eodem petiit, ut ea, quæ in Constitu-
 tione *Unigenitus* nonnullis duriora vide-
 bantur, edita reconciliationis Bulla
 temperaret, & duodecim illos articu-
 los, quos ad declarandam Constitutio-
 nem edere, Benedictus XIII. parabat,
 ad octo novos redigeret, quorum tem-
 peramento utrique contendentium parti,
 salva fidei puritate, & debita S.
 Sedi obedientia satisfieri posset. Hunc
 in finem Fleuryus celebriores ex illis
 theologis, qui tam Constitutioni adhæ-
 rebant, quam qui eandem oppugnabant,
 in consilium adduxit, ac non raro cum
 Nicolao Petit-Pied, qui ante biennium
 ex Hollandia Parisios revocabatur, Is-
 siaci hac super re colloquebatur. Evo-
 cabat quoque Montpessulanum Episco-
 pum, ut collatis ac perpensis utrius-
 que partis rationibus tandem exopta-
 tus hujus controversiæ tantopere exa-
 gitatæ exitus promoveri posset. Ho-
 rum consilio Fleuryus formulam con-
 cepit, juxta quam reconciliationis in-
 eundæ Bulla ederetur, quam annuen-
 te ipso Rege Romam ad summum Pon-
 tificem transmisit. Insuper Rex Sant-
 Aigna-

Sæc. XVIII.
A.C. 1735.

Aignano Duci Gallico Oratori negotio dedit, ut Papam eo inducere conetur quatenus præfatam Bullam auctoritate Apostolica firmaret, tandemque diuturnis æque ac molestis hisce diffidat finem imponere niteretur. Iussa illa exequitur Orator, ac summo Pontifici Bullæ ideam, de qua diximus tradidit, qui etiam octo ex propositis articulis ratos habuit, suasitque, ut Ebrodunensis Episcopus, vel alius Presul doctrina & auctoritate clarissimam decerneretur, ut tandem hoc reconciliationis negotium junctis viribus ad desideratum finem deduci posset. Attamen tam salutaris consilii frustratio non nisi obduratæ Quæsnelliorum pertinaciæ adscribenda est: Eius vero Clemens Papa contra hos, contumacesque, qui Constitutionem acceptam renuerent, sacrum Ecclesiæ fulmen interminabat; ejus tamen minas Senatarii, utpote Parlamenti auctoritate suffulti, flocci habebant.

§. L.

Ludovici XV. Franciæ Regis mandatum ad Generalem Congregationis S. Mauri.

Nec tamen omnis speratæ reconcilia-
 tionis fructus impenso Fleurii Car-
 dinalis labori defuit; ejus enim impul-
 fu Ludovicus XV. Franciæ Rex perti-
 naces via clementiæ ad obsequium re-
 vocare studuit: Eapropter illos, qui
 ob suam oppositionem, qua Constitu-
 tioni repugnabant, tam Basilicæ, quam
 in aliis carceribus detenti fuerant, li-
 bertati reddidit, pluresque eam ob
 causam in exilium detrusos, inde revo-
 cari jussit. Pari etiam benignitate
 quosdam ex Congregatione S. Mauri
 Monachos, qui Constitutionem accep-
 tare, pertinacius renuebant, sibi ac
 Sacræ Sedi obstringere nitebatur;
 quamvis enim Hi in suis comitiis ante
 triennium celebratis præfatam Consti-
 tutionem solemnî decreto acceptassent,
 ac ipsemet Rex illos, qui eidem oblu-
 tarentur, a jure suffragii tam *activi*
 quam *passivi*, ut vocant, excludi jussis-
 set, pauci tamen adhuc erant, qui in
 erronea sua opinione ad repugnand-
 um obstinati perstarent: Horum for-
 tem miserti ex eadem Congregatione
 non pauci strenue adlaborabant, ut &
 illos ad veritatis & obsequii semitam
 reducerent. Eapropter supplices Regi
 exponebant, spem plenæ reconcilia-
 tionis certam fore, si Rex exclusionis de-
 cretæ pœnam refractariis clementer re-
 laxare

Sæc. XVIII.

A.C. 1735.

Sæc. XVIII. laxare dignaretur. Horum votis
 A. C. 1735. clinatus Rex, die quarta Martii
 anno ad Patrem du Pre Vicarium Ge-
 neralem præfatæ Congregationis
 Comitem de Maurepas Regii Senatus
 Secretarium hæc Versaliis perferre
 iussit.

Reverende Pater !

„Regiæ suæ Majestati tam per
 „ditiosos in vulgus sparsos libellos,
 „quam per aliorum relationem
 „tuit, ad quem deplorandum
 „vestra Congregatio potissimum ea
 „caussa sit redacta, quod nonnulli
 „stitutioni in vestris comitiis anno
 „Regis jussu celebratis sancitæ per-
 „cuis sese opponant. Enimvero
 „tantam inobedientiam suprema
 „auctoritate reprimere & castigare
 „tuisset, ac etiamnum posset; cum
 „ro ex vobis non pauci certam
 „sent spem, fore ut si Rex nuper
 „cretas quorundam exclusiones
 „menter remittere vellet, per
 „Regiæ clementiæ testificationem
 „cordia revocari, & bonum
 „regimen restitui, certo certius
 „set: Hac fiducia fretus Rex
 „ventia uti ac concedere voluit, ut
 „Monasteriis pro Conventualibus,
 „in comitiis pro Deputatis ejusmodi

„Monachi in Superiores eligi possint, Sæc. XVIII.
 „qui juxta vestras Constitutiones eligi- A. C. 1735.
 „biles sunt. Serio enim Regia sua Ma-
 „jestas inhihet, ne in ejusmodi elec-
 „tionibus a tenore Constitutionum vel
 „in minimo recedatur, vel quicquam
 „contra ea, quæ in nuperis comitiis
 „anno 1733. sancita & decreta fuere,
 „agatur, vel proponatur eoquod Regia
 „sua Majestas præfatum Capitulum jam
 „antea sua auctoritate confirmasset, ac
 „etiamnum confirmet: Rex igitur cer-
 „to confidit, nuper exclusos Monachos
 „libertate a Rege clementissime indulta
 „ita ufuros, atque adlaboraturos, ut
 „quicquid hucusque in eorum agendi
 „ratione reprehensione dignum erat,
 „emendaturi, seque dignos reddituri
 „sint, ut Regia sua Majestas luculen-
 „tiora adhuc suæ benignitatis specimi-
 „na vobis in futuro vestro Capitulo Ge-
 „nerali præbere valeat. Petit igitur
 „impense, ut in vestra Congrega-
 „tione, quam Rex sua veneratione ac
 „patrocinio omni tempore honorat,
 „subordinatio, & unio tantopere ne-
 „cessaria reflorescat, & reddita pace
 „Congregatio vestra imposterum quo-
 „que, uti hucusque omni tempore fe-
 „cit, Ecclesiæ utilitatem promovere,
 „eique deservire possit. De cetero,
 „Reverende Pater, supplico, ut de
 „meo

Sæc. XVIII „meo erga Te affectu, jugique vere
 A. C. 1735 „ratione persuasus &c. Acceptis hinc
 literis singulari benevolentia plenè
 præfatus Vicarius Generalis die decima
 quinta ejusdem Mensis ex Generalis
 sui mandato Parisiis ad omnes
 Congregationis Superiores has deest
 literas Encyclicas:

„Transmitto atque accludo meo
 „datum, quod Rex ad nostram Con-
 „gregationem expediri clementissime
 „præcepit. Ex allatis rationibus que
 „Regem ad id permoverunt, necnon
 „ex benignissimis verbis, quibus hæc
 „jussa constant, nova Regiæ gratia
 „ac clementiæ specimina agnoscentis
 „Rex enim eo usque sese demisit
 „ut nostræ calamitatis originem ipsam
 „indagaret, & media ad plene sanan-
 „dam nostram vulnera excogitaret oppor-
 „tuna: Relaxatæ exclusiones, & reser-
 „vata suffragiorum libertas computan-
 „dæ sunt inter beneficia, quibus ultra
 „modum excitari debemus, ut indies
 „magis magisque nos Regiæ protectio-
 „nis dignos efficere certemus: Summa
 „igitur utamur promptitudine, sum-
 „mo studio conemur Regiæ suæ Ma-
 „jestatis voto satisfacere, prout ipsa a
 „nostra gratitudine & submissione præ-
 „stolatur: nec utilius, nec dignius
 „in-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

„indulta libertate uti poterimus, quam
 „si benignæ voluntati Regiæ suæ Ma-
 „jestatis ad amissim responderimus :
 „Nullus porro dubito , quin vos & ve-
 „stra Congregatio , perlectis hisce Re-
 „giis mandatis , idem sapiatis : perga-
 „mus itaque sincera nostra vota pro
 „conservatione Regiæ suæ Majestatis ,
 „& pro totius Regiæ familiæ prosperi-
 „tate offerre ; ipsimet enim de nostræ
 „Congregationis necessitatibus adeo
 „persuasi estis , ut superfluum foret ,
 „vos ad fervidas preces ideo ad Deum
 „fundendas incitare , ut Clementissi-
 „mum Numen spiritum pacis & sub-
 „ordinationis reddere velit. Id a ve-
 „stra pietate , vestroque Zelo mihi pol-
 „liceor &c.

Hoc Præpositi Generalis monitum
 apud illos , quos magis falsa persuasio
 & suspicio minus fundata , quam erro-
 ris malitia contaminaverat , tantum
 profecerat , ut ferme omnes debitum
 obsequium corde , ore , & calamo pa-
 lam profiterentur ; prout P. Jacobus
 Martinus ex monasterio San - Germa-
 nensi Monachus Benedictinus , in sua
 epistola ad Cardinalem Quirinium die
 prima Octobris 1742. data , & Bene-
 dicto XIV. nomine suorum Sodalium
 oblata testatur : En illius tenorem :
 Hist. Eccles. Tom. LXXV. S „Pa-

Sæc. XVIII. „Panurgia, qua tamdiu jactatam fu-
 A. C. 1735. „se Ecclesiam Gallicanam divis, ut po-
 rimum confossa est scriptis San-Germano-
 sum; quos inter (si gloriari oportet, ut
 expedit quidem) gloria qualiscumque
 mihi parta est. Sicque evenit, ut de
 dustria Ludovicus decimus quartus,
 „& nomine Magnus, dum in vita
 „fieri jusserat, paulo post mortem eius
 „factum sit. In ejusdem gloriosi Pro-
 „cipis proposito susceptoque confis-
 „tres Ecclesie Gallicanæ Purpurati Pro-
 „ceres permanentes, Historiam Consti-
 „tutionis unigenitus potissimum a se
 „bis confici texique voluerunt. Unus
 „etiam e nostris, unus, inquam, Episcopus
 „stolis Theologicis miracula a Janenio
 „stis contra Doctrinam Constitutionis
 „Unigenitus conficta, asserta, atque
 „Coelos usque elata, ita explodit, ut
 „nunc ab omnibus exhibentur. Talia
 „etiam in eandem Constitutionem
 „tenta & contorta acriter, fortiterque
 „retudit; eaque re Episcopalis in-
 „lis donatus est. Quanti autem sit
 „hæ Epistolæ Theologicæ, probat
 „plura Testimonia, quæ ex iis Sanctis
 „simus Dominus noster Benedictus
 „XIV. Pontifex maximus in doctrina
 „mum suum uberrimumque de San-
 „ctorum Beatificatione & Canonizatione
 „ne opus cum Auctoris Elogio tradit

„xit. Hinc fit, ut a Rege, aliisque **Sæc. XVIII.**
 „Regni & Ecclesiæ Proceribus e no- **A. C. 1735.**
 „stris eligantur ad sedandas dissensio-
 „nes, quæ in Religiosorum Monialium-
 „que conventibus a Sedis Apostolicæ
 „hostibus excitantur.

„Quanta autem nos observantia,
 „quantoque nexu Ecclesiæ Romanæ,
 „utpote Christianæ Religionis centro,
 „adhæreamus adglutinemurque, pa-
 „tet ex ea, qua factum est diligentia,
 „ut intra Congregationem nostram una
 „fere sit nunc fides mentium & pietas
 „actionum. Adeoque dicemus obiter
 „inopinatam illam Benedictinorum
 „San-Mauriorum in melius commuta-
 „tionem Clero Gallicano, Regi Chri-
 „stianissimo, ipsique Summo Pontifici
 „instar miraculi admirationi esse, eam-
 „que Christianis omnibus & singulis in
 „Testimonium debiti redditique Sedi
 „Apostolicæ obsequii proponi. Si qui
 „autem etiamnum apud nos secus sen-
 „tiunt, præterquam quod ii de die in
 „diem ad bonam frugem se recipiunt,
 „ac magna est spes fore, ut brevi ul-
 „troque unius moris inhabitent in do-
 „mo Dei: tacent illi quidem, ac in
 „Dei Ecclesia scissuras esse nolunt: re-
 „spuunt enim dici esse Pauli aut Ap-
 „pollo, aut etiam Cephæ, cum Chri-
 „sti

Sæc. XVIII. „sti esse debeant. Urget imprimis ex
 A. C. 1735. „emplum eorum, quos Beatissimi Pa-
 „pæ Benedicti XIV. ad Summi Pontifi-
 „catus apicem promotio ad sanio-
 „rem mentem certatim revocavit. Mirari
 „enim nobiscum, & revereri non de-
 „sinunt virum, cujus laus dudum est
 „in Evangelio, cujus Electio Spiritus
 „sancti opus est & fructus, cujus mores
 „Apostolorum tempora respirant, cujus
 „virtus animi supra dignitatem est,
 „cujus actus salutis sunt documenta,
 „cujus charitas nos omnes cupit imi-
 „tari, cujus sollicitudo om-
 „nium Ecclesiarum Laicis est norma ju-
 „stitiæ, Clericis sanctitatis forma,
 „Episcopis vigilantia pastoralis deli-
 „neamentum, Regibus & Principibus
 „rectæ administrationis exemplar; Qui
 „non quærens quæ sua sint, Dei æmu-
 „latione Deum ipsum Ecclesiamque
 „sponsam dumtaxat æmulatur; Qui
 „Legum & Canonum est Defensor,
 „orphanorum Pater, & judex vidua-
 „rum; Qui Petri navem regendam non
 „suscepisset, si extra eam salvari quis
 „posset; Qui tandem de Sanctorum
 „Beatitudine & Canonizatione scri-
 „bens, Beatitudini & Canonizationi
 „sue viam stravit.

„Hæc, ut nos amas, Antistes Præ-
 „stantissime, Summo Pontifici, meo
 „&

„& Congregationis nostræ nomine Sæc. XVIII.
 „quam primum in memoriam revoces A. C. 1735.
 „velim. Nam uti ille Superiori nostro
 „Generali significavit, sæpius auditum
 „Romæ fuit de ejus in Apostolicam se-
 „dem singulari obsequio, de studio re-
 „tinendæ monasticæ disciplinæ, de sol-
 „licitudine evellendæ a sodalibus no-
 „stris perversæ doctrinæ, quæ pristi-
 „num ipsorum decus inobscuraverat.
 „Hinc Sanctissimus Dominus noster,
 „mirifice delectari se testatur veterem
 „tranquillitatem exercendis ingeniis
 „fovendæque pietati nimis utilem, no-
 „bis tandem restitutam fuisse. Hæc
 „inquam, sedulo in memoriam revo-
 „ca, ut Apostolicam Benedictionem
 „nobis ac Ordini nostro, quem præ-
 „stantissimum dicere haud gravatur,
 „peramanter impertiri pergat.

„Hæc enim una omnium nostrum
 „vota complectitur. Id autem benefi-
 „cii a Te obtinere eo confidentius spe-
 „ramus, quod litteris ad nos tuis illud
 „nobis te præstiturum esse libentissime
 „promittis, quod te sanctissime ac di-
 „ligentissime colimus, quod te apud
 „sanctam Sedem unicum Patronum ha-
 „bemus, quod tuis sapientissimis mo-
 „nitis obtemperamus, quod primordia
 „Corcyræ, Pauli II. vitam, sancti
 S 3 „Phi-

Sæc. XVIII. „Philastrii opera , aliaque scripta ve
 A. C. 1735. „a te , vel te curante in lucem emissa
 „plurimi facimus , ac in iis quidquid
 „eruditionis , ingenii & curæ inventum
 „potest animadvertimus ; quod omnium
 „nium Operum Divi Ephræm editio
 „nem hactenus frustra tentatam , diu
 „que expetitam , tua diligentia , tua
 „que ex parte expensis omnibus numeris
 „ris absolutam , brevi prodituram ad nos
 „accepimus ; quod in tuis Platonis
 „lucubrationibus Platonem reviviscere
 „tem cernimus ; quod antiqua Beati
 „dictini Ordinis laus & gloria in Te
 „fidet ; ac demum quod a Vaticana
 „Bibliothecæ Præfectura ad nova
 „majoresque honores tua Te merita
 „virtus evehunt.

„Has litteras peculiari quadam fa-
 „guinis , patriæ , studiorumque affec-
 „tate Montfauconio devinctus , ad
 „multo magis admirabili virtutum tra-
 „rum fama incensus , dabam in Sæc.
 „Germanensi Parisiorum musæo XI
 „Kal. Aug. illas Tu , Cardinalis con-
 „sultissime , qui nugas meas esse ali-
 „putas , quique nuperrime Diptycha ad
 „me tua Brixia misisti , ut de cælaris
 „affabre elaboratis judicium ferrem
 „clementer accipe , ut quam expecta-
 „tionem tui in me concitasti , eam aut
 „our

„omnino, aut magna ex parte ex-
„pleas“.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Ceterum Jansenistæ, ut ex tot pro-
scriptis eorum libris infamiam, & ex
tot asecularum transfugio damnum sec-
tæ illatum resarcirent, vicemque re-
penderent, toti in eo erant, ut liber
quem P. Bernardus Arras ante tren-
nium sub titulo: *Ordo Ecclesiæ seu Pri-
matus & subordinatio Ecclesiastica* juxta
S. Thomam edidit, pariter in Galliis
publice proscriberetur, quod & hoc
anno impetrarunt.

§. LI.

*Iterati Protestantium motus pro abo-
lenda Rysvicensi clausula.*

Quamvis jam anno hujus sæculi tri-
gesimo quarto, uti memoravimus, Vid. sup.
tom. 74. pag.
538.
Imperator collatis cum Galliarum Rege
consiliis, Protestantibus palam demon-
strasset, minus æquam esse eorum pe-
titionem de abroganda clausula Rysvi-
censi, nihilominus hoc item anno die
vigesima sexta Aprilis Ratisbonenses
Principum Protestantium Legati, qui
se *Corpus Evangelicorum* vocant, itera-
to Cæsarei Commissarii Principalis au-
res pulsabant, exponentes, jam ante
biennium die decima sexta Februarii

Sæc. XVIII. conclusum fuisse, omnia in loco
 A. C. 1735. tam Gallico bello partis, quam recuperandis juxta Imperii leges anno
 1689. sancitas esse restituenda; idem quoque a Cæsare die decima nona Februarii, necnon in quarto Capitulationis suæ articulo fuisse promissum, ergo æquius esse, quam ut iterata Capitulatione tandem adimpleretur. Ad hæc ergo Commissarius Princeps Cæsaris nomine die quinta Maij Ratisbona scripsit, reddita pace Cæsarem nullarum prætermitturam, quæ in declaratione anni 1734. continerentur: Comitem autem fama ferret, pacem inter Cæsarem ac Franciæ Regem proxime conclusum iri, hinc Comes de Tessin Svecici Regis Orator denuo urgebat, ut Clausulæ, utpote omnium gravissimæ causæ, & Westphalicæ paci, cuius præcipuus fidejussor Rex Sveciæ esset adversantis abrogatio in eundem pacis articulis infereretur. Verum Cæsaris Ministri die decima quarta Maij responsi loco ad Sveciæ Regem transmissæ nuperam Cæsarei Commissarii declarationem. Die vero vigesima quarta ejusdem Mensis Baro de Schlenburg Daniæ Regis Legatus Parisi Galliarum Regi supplicabat, ut prædictæ clausulæ abrogationem anno 1734. in Imperii comitiis conclusam & a Cæsare

fare approbatam proximæ pacis tractati inferi juberet. Nec hic steteret Protestantium molimina, sed iterum die decima Maij Ratisbonenses Legati ad Cæsarem dederunt literas, in quibus eidem ob factam ipsius declarationem grates quidem rependebant, intimabant tamen Cæsari, quod controversia de hac clausula, necnon consensus inter Cæsarem & Imperii status circa ejus abrogationem nullatenus ad Gallorum arbitrium esset remittendus, sed duntaxat attendendum, ne proximo pacis instrumento quidquam paci Westphalicæ adversum inseratur sed juxta clausulæ abrogationem solemniter & optima fide utrinque decretam ipsa abrogatio executioni detur, cunctaque inde enata gravamina tollantur. Hunc in finem iidem Legati die vigesima sexta Maij Ratisbonæ Georgii II. Angliæ Regis patrocinium implorabant, datis ad eum hisce literis.

*Serenissime & Potentissime Rex,
Domine longe clementissime.*

Egregium illud patrocinium, quod Regiæ Majestati Vestræ in Aula Christianissimi Regis alibique locorum, ubi commodum visum, hactenus, ut compertum habemus, proprio jam animi motu in se suscipere

Sæc. XVIII. pere placuit, ne scilicet, notissima illa Cla
 A. C. 1735. sula, quæ Pacis Rurvicensis Artic
 quarto Religionis causa adjecta fuit,
 proxima pacificatione reviviscat & vires consequatur, in sempiternam &
 quam satis prædicandam Regiæ Majestati
 Vestræ gloriam cedere, Statibus Imperii
 mano - Germanici Evangelicis ingens
 præcipuum solatium asferre, imo neque
 Statibus Catholicis, quibus æquitas & iustitia
 curæ cordique sunt, displicere, sed
 potius jucundum & gratum esse, hujus negotii
 rationes & circumstantiæ titant, exposcunt & pollicentur.
 enim certius est, effatam Clausulam in
 mento Pacis Westphalicæ, Legi S. B. fundamentali
 perpetuo valituræ, tam p- viter adversari,
 ut nequitiam creditur ipsam Aulam Gallicam
 tunc temporum anno 1697. prima, & anno 1713.
 secunda vice tabulis Pacis inserta fuit, animo
 intendisse vel saltem cogitasse. inde eo calamitosior,
 periculi plenior, demque intolerabilior Evangelicis
 apparuit stupendus ille dictæ Clausulæ tra Germanicæ
 limites abusus, quem nimis immodicus Religionis
 Zelus, effrenus privati commodi amor peperit, la
 nec naturalis vocum acceptationis, inde secundum
 saniores interpretat. gulas fluentis intellectus,
 nec denique tantarum Aulæ Gallicæ, præterse

Clausulæ auctoris, declarationum habita Sæc. XVIII.
ratione. Quapropter eidem non solum a A. C. 1735.
statibus Evangelicis tam inter ipsos illico
Tractatui Ryswicensi, quam postea qua-
vis data occasione strenue contradictum fuit,
sed etiam Status Imperii Catholici, ejusdem
illegitimam originem & injuriam, indeque
in rebus Ecclesiasticis ortarum turbationum
gravitatem in Comitibus sapius agnoscentes,
tandem die 26. Februarii 1734. unacum
Evangelicis in Clausulæ Ryswicensis abro-
gationem per solemne Conclusum convenerunt,
nec minus sua Majestas Cæsarea ex connato
sibi justitiæ & æquitatis amore, ductu-
que Articuli IV. Capitulationis Cæsareæ,
eidem abolitioni per peculiarem declaratio-
nem die 19. Februarii 1734. statibus
Evangelicis exhibitam, clementissime annue-
re non dubitavit. In aprico igitur est,
hanc controversiam inter Cæsarem & Im-
perium, interque Catholicos & Evangeli-
cos Imperii status felicissime compositam, eo-
que ipso Clausulam quæstionis e Germaniæ
finibus omnino esse remotam. Persuasissi-
imum habemus, Majestatem suam Cæsaream
ceu nobis nuperrime in æternam nominis sui
gloriam de novo polliceri benignissime voluit.
in præsentî Pacis Negotio huic Imperii
Concluso æque ac suæ ipsius Declarationi
de anno 1734. firmiter inhæsuram omnique
id cura evitaturam aut declinaturam esse,
unde iterum, ne gravamina obtentu Clau-
sulæ

Sæc. XVIII. *fulcæ Ryswicensis in Imperio nata*
 A. C. 1735. *removeantur, nova obligatio quædam*

Coronam Gallicæ elici prætexique
 Quid quod sperare prorsus liceat,
 quoque Aulam Gallicam non solum tot
 bus repetitarum Sincerationum suarum
 verum etiam Articuli XXI. Pacis
 quam cum magna Britannia Ultra
 henum iniit, memorem, ab ulteriori
 fulcæ hujus tuendæ & conservandæ prop
 to penitus discessuram esse.

Ne tamen hæc fiducia nostra
 utque ex prioribus liquet, juri &
 innixa fundamenta sive per præcon
 opinioniones, sive sinistras insinuationes,
 denique ullas alias vel apertas vel clau
 nas machinationes præter omnem spe
 nuo labefactari aut destrui possint; Reg
 vestram Majestatem submisse veneranter
 cedimus, nomineque Dominorum nec
 superiorum, & Committentium Nostrorum
 pro benignissima illa ab initio statim
 dicata interpositione sua decentissimas
 spectivæ humillimas gratias persolentem
 eandem Majestatem vestram enixissimis
 cibus rogamus, ut huic negotio consilii
 que auctoritate sua, ubicumque locum
 expedit, ulterius opitulari ne desinat
 primis vero in Aula Regis Christianissimi
 omnem curam impendere pergat, quo
 allegatæ ex nostris die 10. hujus mensis

Cæsaream suam Majestatem transmissis hic adjacentibus literis latius perspiciendæ Majestatis Cæsareæ Declarationes officii Vestræ Majestatis sultæ ex voto efficiant, ne quid in proximæ Pacis Tabulas irrepat aut referatur, quod de instrumenti Osnabrugensis in Ecclesiasticis sancitis denuo detrahere, Clausulæ Ryswicensi sive implicite sive explicite spiritum & vires reddere queat, quin potius Rex Christianissimus eandem ipse abrogatam agnoscere, eoque ostendere & publicum convincere velit, Paci Westphalicæ ceu Legi Imperii fundamentali & pragmaticæ suum adhuc constare & conservari pretium, seque tandem promissis liberare velle, quorum fidem Magnæ Britannicæ atque duobus aliis potentioribus Europæ statibus inter Tractatus ultrajectinos dederit.

Regia Majestas vestra (Cui conservatio aut restitutio pacis & tranquillitatis publicæ nunquam non primo loco fuerunt, cuique hæc palma debetur, quod præsens hoc Pacis negotium indefesso duorum annorum labore suo & vigilantia non solum acceleraverit, sed etiam primam illius delineationem ceu Ichnographiam Belligerantibus inter se supeditaverit) designatum consiliorum suorum finem tanto gloriosius assequeretur, si sua opera & Mediatione in Germania quoque Clausula Ryswicensi in perpetuum eliminata, utriusque Religionis statibus aureum illud

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

Sæc. XVIII. *illud per Pacem Westphalicam stabilitum*
 A. C. 1735. *suum cuique postliminio quasi restituetur,*
~~omnino servabitur.~~ *sartum textumque conservabitur. Quæ*
Regium Majestatis vestræ in rem Evangelicam conferendum beneficium Domini Nostri
nec non superiores & Committentes gratæ
& devotissima mente agnoscent, & ad quævis officiorum genera eos reddet paratissimos.
Nos vero supremum numen demississime veneramur, ut Regiam Majestatem vestram longæva annorum serie valetudinis integritate omniumque votorum felicissimo successu conjuncta, in Regni Britannici Regiæque Familiæ Gloriæ & Splendoris incrementum sospitet atque perennet.

Eadem die præfati Ratisbonenses Protestantium Legati parisiæ ferme tenoris literas ad Fridericum II. Suediæ Regem dederunt, eidem pariter insurrantes, quod a Catholicis etiam Imperii statibus, imo ab ipso Cæsare præfata clausulæ abrogatio fuisset decretæ proin nil certius fore, quam Cæsarem suæ declarationi anno 1734. factæ firmiter inhæsurum, se tamen Regiam suam Majestatem enixe rogare, ut sua apud Imperatorem & Franciæ Regem officia eo impendere vellet, ne in futuræ pacis instrumento quicquam adderetur, quod paci Westphaliæ in Ecclesiasticis derogat, aut quo Rysvicensis clausulæ

clausula reviviscere valeat; Regem ^{Sæc. XVIII.}
 Franciæ id Sueco denegare haud posse ^{A. C. 1735.}
 credebant Legati, eo quod ambo Re-
 ges se præfatæ pacis sponsores præsti-
 tissent, & Lutherani hac in re non de
 lucro captando, sed de damno evitan-
 do agant. Idem quoque rursus ad Chri-
 stianum VI. Daniæ, & Fridericum
 Guilielmum Borussiae Reges necnon ad
 Fæderati Belgii Ordines perscribere:
 Verum Chauvelinus Regii Sigilli Cu-
 stos ad horum Legatorum literas no-
 mine Ludovici XV. Galliarum Regis
 respondit, Regiam suam Majestatem
 haud remissiori Zelo Religionem Catho-
 licam, ac Protestantes suam tueri esse
 intentam, ac propterea firmiter de-
 crevisse, præfatam clausulam pro viri-
 bus propugnare. Cum autem Prote-
 stantes sæpius exposuissent, quod ipsi
 semper contra eam fuissent protestati,
 & quod Franciæ Rex Anglis & Hollan-
 dis Ultrajecti in II. articulo promississet,
 cuncta ad pristinum statum esse redu-
 cenda, & Imperator id ipsum anno
 1734. pollicitus esset, ad hæc respon-
 dit Chauvelinus, quod Imperator id
 promississet eo tempore, quo aliter age-
 re non potuisset, Franciæ autem Regi
 firmum fixumque esse, pacti & tractatus
 tenori firmiter insistere, & proxime
 ad

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

ad omnia ab his Legatis proposita rationem reddere.

§. LII.

*Sueciæ & Angliæ Regum responsura
ad Ratisbonenses Legatos.*

Accepto hoc responso Protestantes ferme animos despondere cœperant, haud temere persuasi, Cæsarem quoque ad Franciæ Regis exemplum nihil concessurum, quod Religioni Catholiciæ per publicum & solemne pactum firmatæ adversari posset: Nihilominus tamen Protestantes nonnihil respirare videbantur, cum ad eorum preces necnon ad urgendam clausulæ abolitionem adeo pronos cernerent cunctos ferme Principes Acatholicos, ex quibus Angliæ Rex die vigesima secunda Junii ad Ratisbonenses Legatos hæc ad eorum vota perscripsit:

Amplissimis & Consultissimis Viris, S. R. I. Electorum Principum & statuum Augustaniæ Confessioni addictorum Consiliariorum & Legatis ad Comitium Ratisbonensium Deputatis atque ibidem congregatis, Amicis nostris perdilectis, salutem! Amplissimi & Consultissimi Viri Amici, perdilecti! Literas vestras ex Comitibus Ratisbonæ die

26. Mensis Maij superius elapsi scriptas *Sæc. XVIII.*
A C. 1735.
 recte excepimus, ex iisque haud sine voluptate quam plurima animadvertimus, illas quas hætenus inivimus rationes de Clausula Art. IV. Pac. Ryswic. abroganda vobis fuisse gratas acceptasque. Desideria vestra ut pergamus porro atque opus illud Evangelicis S. R. J. Statibus exoptatissimum perficere enitemur, tam justa sunt tantaque laude digna, & tam nostræ de ea re Sententiæ congrua, ut curas cogitationesque omnes, una cum Dominis Ordinibus generalibus uniti Belgii, Principibusque aliis Protestantium causæ additis, iisdem ex Voto explendis impendere non omittemus. Adeoque bonos fratres nostros, præcipue Romanorum scilicet Imperatorem & Regem Christianissimum permovere conabimur, ut pro summa illa Æquitate & moderatione, quibus in rebus pro communi bono administrandis sese gerere solent, velint, hic quidem virtute conclusi solemnis S. R. J. & suæ ipsius Declarationis anni 1734. alter ad mentem 21. Art. Pac. Ultrajecti (*) & Rhenum cum

(*) Tenor hujus articuli erat sequens:
Amicitie Domine Magnæ Britannicæ Regine
dabit Dominus Rex Christianissimus, quod in
tractatu cum Imperio ineundo concessurus sit, ut
omnia

Hist. Eccles. Tom. LXXV.

T

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

cum corona nostra inibi approbationem
sensumque suum præbere, ut pax Westphalica, clausulæ istius Ryswic. sanctione
haud parum labefactata in integrum demum
resituatur & pro lege & Norma in S. R. I.
Rom. Germanico haud unquam in posterum
temeranda firmissime conservetur. Et
opera atque officiis nostris (admittentibus
junctim quoque aliis Principibus statibusque)
id quod tantum cordi habetis, & tam ex
æquo a nobis exposcitis, feliciter ad finem
perducere poterimus, nullum majus cum
latiusque gaudium habituri sumus, quam hoc
beneficium, apud Amicos nostros per dilectos
Evangelicos S. R. I. Ordines meritissima
collocasse. De reliquo autem vos Divina
Tutelæ ex animo commendamus.

Pariter die duodecima Julii Fridericus Sueciæ Rex Ratisbonenses Oratores de potenti suo officio hac in causa apud Cæsarem & Galliarum Regem impendendo certos esse voluit, datis Holmia ad eos hisce literis.

Quam gratiosum nobis fuit, ex literis Vestris Ratisbonæ die 26. Mensis Maij jam præ-

omnia in antedicto Imperio, quæ Religionis statum concernunt, ad tenorem pactorum Westphalicorum conformentur, ita, ut manifeste appareat, nolle & noluisse Regem Christianissimum in dictis pactis quicquam esse mutatum.

præterlapsi datis cognoscere, consilia no- Sæc. XVIII.
stra, quibus communi statuum Evangelicorum A. C. 1735.
commodo ac emolumento consultum volui-
mus, vobis maxime accepta fuisse. Placuit
vobis enixe ibidem a nobis petere, ut curas
nostras salutari huic negotio amplius addi-
cemus, cui desiderio vestro nos tanto magis
satisfacere proni sumus, quod nostræ ea de
re sententiæ apprime conveniat, ac rei ipsius
necessitas, non minus quam prædecessorum
nostrorum *Exempla* id ipsum a nobis exi-
gant.

Digna sane res est, cui Reges aliique
status communi opera incumbant, ut malo
late latiusque in dies serpenti unitis consiliis
quantocyus occurrant. Nos, quantum
in nobis erit, non desinemus, nostris,
Romanorum imprimis Imperatori, Re-
gique Christianissimo, omni meliori mo-
do exponere, ab Eorumque æquanimitate
& solito tranquillitatis publicæ servandæ
studio speramus, nocivæ illi *IV. Articuli*
Instrumenti Riswic. Clausulæ, quam abo-
litam maxime cuperemus nos, congruum
ex voto obicem positum iri, tam vi Decla-
rationis *Anni 1734.* quam ex *Norma Pa-*
cis Ultrajectensis, quo *Paci Westphalicæ*
tanquam *S. R. Germanici Imperii Sandio-*
ni Pragmaticæ ac Legi fundamentali, suum
tantum redeat robur: Quod si nostris Con-
siliis aliorum Principum ac statuum deside-
rio studioque suffultis eventus respondeat,
T 2 jam

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

jam dudum meliori fato situque Evangelicorum res procul dubio apparebit & turbulentiæ quæ sacris Religionique ab omni parte minime quid ominari videntur, rite sopitis, expectata tandem quies cito redibit. De cetero vobis Propensione & Benevolentia Regi manemus faventissimi, divinæ tutelæ vobis etiam atque etiam commendantes.

Ingens sane horum fervor, & laudabilis etiam, si causæ æquitas concurreret!

§. LIII.

Epistola Clementis XII. Papæ hæc in causa ad Archiepiscopum atque Electorem Moguntinum.

Enimvero Protestantes coelum & acheronta movebant, ut inviam sibi clausulam ex Albo Constitutionum Imperii deleri obtinerent, e contrario Catholici Principes vero Religionis zelo animati nil intentatum relinquebant, ut omnia in eo statu, quo vi hujus clausulæ erant reducta, remanerent; iniquum enim reputabant, Protestantibus id indulgeri, quod ipsi Catholicis nullo pacto concedi volunt; cum enim per pacem Westphalicam in Protestantium favorem innumera bona

Ecclesiastica Catholicis adempta & in plurimis locis Religionis Catholicæ exercitium exulare jussum sit, Protestantes vero ad iteratas fervidasque Catholicorum preces sub obtentu pacis solemnibus, nullo pacto violandæ nec pungen-
 turæ restituere; aut minimum de articulis pacis in favorem Catholicorum abrogari velint, immerito a Catholicis petere possunt, ut quæ per clausulam duobus publicis æque ac solemnibus pacis tractatibus in favorem Catholicorum statuta sunt, abrogentur. Hæc erat mens & sententia omnium ferme Catholicorum Principum ac Regum: Solus tamen Franciscus Ludovicus Comes Palatinus & Archiepiscopus Moguntinus S. R. I. Elector ad abrogandam hanc clausulam inclinare videbatur: id vero dum innotuit summo Pontifici, eundem mox die decima quarta Aprilis, ut salutarem hanc clausulam omnino salvam conservari curaret, serio hortabatur, transmissa ad eum hac epistola:

Sæc. XVIII.
 A. C. 1735.

Venerabilis Frater! Salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod imposito nobis Apostolicæ servitutis oneri quam maxime convenit, assiduam urgemus sollicitudine sanandi Ecclesiæ vulnera

T 3 nera

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

nera, ubi aliqua opportuna curationis
 fulgere spes videatur; Quam ob rem post-
 quam Ratisbonensis Conventus duos ante
 annos, quarto Ryswicensis Pacis Articuli
 neglectui habito, Catholicam Religionem
 non paucis Germanicæ locis, quo postlimi-
 nio redierat, exulare iterum jussit, nun-
 quam conquiescere animo nobis licuit. Quo-
 querelarum, admonitionum officiorumque ad-
 hibuerimus, ut eam ab inclyta vestra gente
 procellam declinarem, Fraternitati tuæ non
 est ignotum, cui hac de re literas dedimus.
 Voluere tunc alii, ne quærendo remedio im-
 penderent operam, excusare turbulenta Re-
 publicæ tempora, alii belli necessitatem.
 Nunc autem, cum Pax, jactis jam funda-
 mentis cito coalitura sit, eademque proinde
 excusatio valere nequeat, abs te majore
 in modum petimus, ut vehementer con-
 tendas pro tua Ecclesiastica atque Electori-
 li authoritate ut quartus ille Ryswicensis
 Articulus integer perseveret, quin & nova
 præsentis Pacificationis lege confirmetur ve-
 lut in Badensi apud Helvetios Congressu
 gestum fuit, si secus accideret (quod omnia
 Deus avertat) doleremus utique, ac mira-
 remur plus exterorum sedulitatem petiisse,
 ad revocandam in eo loco veram fidem,
 quam domesticorum ad retinendam, quan-
 tum in nobis, & in Romana sede auxilium
 esse queat in tanto gravitatis negotio,
 tantum ultro spondemus.

Incla-

Inclamamus præterea huic malo, priusquam obsirmetur, medicinam fieri oportere; Nolumus enim alienam culpam, in Curia aut silentio nostro dissimulatam in nos transferre, quod ut nec ipse careas paterna benedictione tibi Venerabilis Frater permanenter impertimur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

§. LIV.

Archiepiscopi Moguntini responsum ad præfatas Clementis XII. Papæ literas.

Acceptis hisce Papæ literis Archiepiscopus atque Elector hac super rementem suam sincere aperuit, & Moguntia die quinta Junii hæc Clementi XII. respondit:

Beatissime Pater!

Exhibuit Sanctitatis vestræ venerandum Breve die decima quarta Aprilis nuperi assiduam suam, qua pro conservatione Articuli IV. Pac. Ryswic. urgetur sollicitudinem concomitante quadam indignatione de neglectu a Conventu Ratisbonensi, ante duos annos desuper habito proindeque ardentius instando, ut prænumeratus Articulus integer maneat, quin & nova præsentis Pacificationis Lege confirmetur; Placeat autem sanctitati vestræ ex devotissima mea responsione

T 4

die

Sæc. XVIII. die quinta Octobris Anni 1734. Clemens
 A. C. 1735. tissime reminisci de genuina serie, quæ tuo
 temporis Catholicos inter & Protestantas,
 caussa hujus Articuli contigit, & reluctans
 inde, nil novi peractum, & coronam Gal-
 liæ id ipsum jamjam Magnæ Britannia Re-
 ginæ & statibus uniti Belgii sollemnissimo
 Ultrajectensi Pacto, sine stipulatione Imper-
 rii, & minus Catholicorum promississe, sta-
 tumque præsentem concernens, cum rei exi-
 dentia fere totius orbis Christianus, maxi-
 me vero Catholicus ingravescente bello qui-
 tidie majori periculo videbatur involvi, per
 gratiam divinam summa sacræ Cæsareæ Ma-
 jestatis cura & sollicitudine, non minus ac
 pro præsentibus circumstantiis, necessaria
 præcautione & circumspetione, pro restitu-
 tuenda universa firma pace, & remediis
 præsertim Imperii vulneribus, facta (Uti
 sanctitas vestra in suo venerando Brevi me-
 morat.) Pacis fundamenta Præliminaria,
 nimirum inter altissime fatam sacræ Cæsa-
 ream Majestatem & Coronam Gallia uniti
 statibus Imperii in universalibus Comitibus
 Ratisbonæ, pro requisito consensu clemen-
 tissime communicata, & ab iis cum summa
 gratitudine per totum confestim, pro neces-
 sitate diu expectandæ Pacis ratihabita; elat-
 gita insimul suæ Majestati plena conclude-
 di desuper facultate & quid proni periculi,
 ob articulum quæstionis, tam de præsentibus
 quam de futuro timendum, sanctitas vestra
 per-

perspicacissimæ mentis lustratione consideran- Sæc. XVIII.
do Coronæ Galliæ præpotentiam, summa A. C. 1735.
qua par est reverentia submitto, rogando
enixissime, ne sinistris delationibus, summo
periculo concludendæ Pacis, locum concede-
re velit, qui pro mea parte, divina gratia
suffultus & Sanctitatis vestræ constanti Pro-
tectione confidens pro incremento nostræ uni-
cæ salvificantis Religionis ad aras usque
stare non deero.

De cætero Sanctitatis vestræ cum devo-
tissimo voto omnigenæ felicitatis, me meam-
que Ecclesiam quam humillime commendo.
Nec tamen segniori studio Clemens Pa-
pa apud ceteros Catholicos Reges, &
Principes contendit, ut hi præfatam Rys-
vicensem clausulam sartam tectamque
servari conniterentur, & Romanæ Ec-
clesiæ causam propugnare, hæretico-
rumque conatus pro facultate retunde-
re satagerent. Nec in vanum cecide-
re Pontificis hortamenta; quippe con-
fecta pace Cæsar Protestantibus ad li-
bellum die 17. Novembris anni prioris
respondit, sibi integrum haud fore,
Franciæ Regem ad abrogationem hujus
clausulæ cogere, aliunde vero illas
urbes, ubi hæc abrogatio petere-
tur, non esse Imperio obnoxias,
eas proin, etsi clausula in Im-
perio

Sæc. XVIII. A. C. 1735. perio aboieretur, quicquam in Religione immutari, haud passuras, consultius igitur fore ut mutua concordia extinctisejusmodi diffidiis in Imperio foveretur. Igitur hæc clausula adeo non est abolita, minusque ejus abrogatio pacis anno 1738. initæ tabulis inserta, ut potius in tertio ejusdem articulo tam Westphalica, quam *Rysvicensis & Badensis* pax pro fundamento definitivi tractatus pacis Viennensis haberetur, salva & integra permanente hac clausula, prævalentibus Catholicorum suffragiis, & æquitate.

§. LV.

Viennensis Archiepiscopi querelæ contra auctam Protestantium numerum.

Quanto studio Protestantes sectam suam etiam in locis, ubi tolerata non est, propagare, & Catholicis omnem suæ Religionis libertatem per publica licet pacta assertam adimere conarentur, ex nupera oppositione contra Rysvicensem clausulam patuit, magis tamen ex Sigismundi Comitis de Collonitz Cardinalis & Archiepiscopi Viennensis querelis luculenter apparuit. Res ita se habuit; paucis abhinc annis Protestantes in Viennensem Metropolin, & vicina oppida ac pagos maximo numero ir-

reple-

repperunt, variisque artibus, dolis ac Sæc. XVIII.
 sollicitationibus Catholicos contra A C. 1735.
 Imperii Constitutiones ad suam Reli-
 gionem induxerunt. Grave igitur,
 quod inde fidelium saluti immineret,
 periculum serio perpendebat vigilantis-
 simus Archipræsul Viennensis; ut ergo
 malo latius grassanti obicem tempestive
 opponeret, libellum supplicem Imperatori
 obrulit, atque in eo potissimum sex,
 eaque maximi momenti gravamina
 contra Protestantium ausus exposuit. I.
 Quod aliquo abhinc tempore plures
 Protestantium familiæ sub obtentu plu-
 rium, quæ recens investæ sunt, tex-
 turarum in Austriam irreperint, &
 præsertim Schwöchtæ, urbe uno la-
 pide Vienna distante, integra Luthe-
 ranorum opificum colonia stabilem se-
 dem fixerit. Hi vero non sine Ca-
 tholicorum detrimento nonnisi Luthe-
 ranos famulos famulasque ad sua ser-
 vitia reciperent, & si quandoque quos-
 dam Catholicos assumunt, eos ad fidei
 defectionem vel sollicitarent, vel sal-
 tem in Religionis fervore tepidos red-
 dere satagerent. Inde vero accideret,
 ut non raro Catholicis Nobiles Viennæ
 famulos alienæ fidei addictos per inte-
 grum annum & amplius in suis servitiis
 sine scrupulo retineant, etsi eos ad ve-
 ræ Ecclesiæ sinum revocandi spes nulla
 super-

Sæc. XVIII.

A. C. 1735.

superesset: Insuper Lutherani Textu-
 rarum Præfecti sæpissime juvenes quos-
 dam Prædicantes Viennam advocarent,
 sub falso prætextu, perinde ac si su-
 rum prolium Institutores essent. II.
 Quod ex tempore, quo Catholici opi-
 fices in diebus Dominicis quatuor tem-
 porum, pro more rei Divinæ interfunt,
 Lutherani vel abessent, vel sine omni
 pietatis sensu præsentibus forent: Si ve-
 ro interesse jubentur, relictis Catholi-
 cis opificum Magistris mox ad Luthe-
 ranos transfirent. III. Quod Lutherani,
 etsi Protestantium Legatorum familia-
 tio minime adscripti sint, nihilominus
 ad eorum Oratoria accederent, proci-
 consultissimum foret, si per excubitores
 ab accessu arcerentur. IV. Quod Pro-
 testantes Legati non paucos, qui cum
 legatione nullum omnino nexum ha-
 bent, in sui tutelam assumant, eorum-
 que Præcones passim in Urbe infirmos
 visum eant, eisque suam cænam Lu-
 therano more porrigant. V. Quod
 cum Bibliopolarum potissimi Viennæ
 Lutheri sectæ addicti essent, quamplu-
 rimi libri A catholicis in Austriam inve-
 herentur. VI. Quod fatali experientia
 compertum esset, quosdam a Catholi-
 ca fide ad Protestantium sacra defecisse.
 His fusius expositis Cardinalis Carolus
 Imperatori supplicabat, ut Protestan-
 ticæ

ticæ Religionis exercitium Viennæ, Sæc. XVIII.
 inque aliis Austriæ locis ad debitos li- A. C. 1735.
 mites restringeret: proin I. nulli ex-
 ceptis exterorum Legatorum famulis,
 A catholicorum sacris in Legatorum
 Protestantium Oratoriis interesse lice-
 ret. II. Protestantium nulli inte-
 grum esset, A catholicum Institutorem
 pro suis prolibus habere. III. Prote-
 stantibus incolis ac subditis severe pro-
 hiberetur, ne deinceps intra Urbem
 ullum opificium vel artem exercean-
 t. IV. A catholicorum numerus, quan-
 tum fieri posset, restringeretur: Ut ve-
 ro hac in re efficax proponeretur reme-
 dium, Cardinalis ab Imperatore petiit,
 ut huic negotio Cæsareos Ministros
 præficeret, & duos etiam Deputatos
 ad hunc Conventum ablegare, Cardi-
 nali Archiepiscopo concederetur: Tam
 æqua Cardinalis petitio religiosissimo
 Imperatori videbatur, ut discussis rei
 momentis non modo consilia a Cardi-
 nale proposita adprobaret, sed etiam
 eorum executionem tam strenue urge-
 ret, ut plusquam centum familiæ in
 secta pertinaciores solum vertere jube-
 rentur. Hoc remedio vix adhibito fru-
 ctus adeo præsens extitit, ut non pau-
 ci ejurato errore ad fidem Catholicam
 reverterentur, obstinatoribus Urbe
 ejectis

Sæc. XVIII. A. C. 1735 ejectis. Præterea *Decretati* (*) inter-
 minata etiam gravissima pœna jube-
 bantur, ut proximo S. Bartholomæi
 festo aut Civitatis jus acquirere satage-
 rent, aut ab exercendis suis opificiis
 abstinere. Inde factum est, ut non
 pauci ultra fidem Catholicam amplecte-
 rentur, alii vero ex Austriæ finibus ex-
 cederent: Denique idem Archiepiscopus
 cunctis Sacerdotibus natione Italis
 quorum tum Viennæ plures agebant,
 si literas ut vocant, *Dimissoriales* non
 haberent, præcepit, ut in suas quis-
 que Diœceses redirent.

Promulgato hoc Cæsaris edicto Pro-
 testantes altum inclamare, de violata
 pace Westphalica & conscientiæ libertate
 palam conqueri: immerito tamen
 præterquam enim, quod Viennæ ne-
 quidem vi pacis sectæ libertatem præ-
 tendere

(*) Ita Viennæ vocabantur illi Protestan-
 tes, qui potentum patrocínio suffulti anno
 1727. & 1728. Viennæ nulla habita Religio-
 nis ratione recipiebantur, & ab Aulicis de-
 cretum extorquebant, vi cuius, numerata
 certa pecuniæ summa eis indultum, ut artes
 & opificia Viennæ exercendi facultatem ha-
 berent, quin propterea civium albo adscribi
 necesse foret,

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

tendere possent, & hanc urbem incolendi facultate gratiose concessa abuterentur, in animum revocare debuissent, Catholicos indigenas in Angliæ Regno, ex quo avita Religio non nisi Sectariorum violentia, & falsis seditionum criminationibus eliminata est, anno priori longe durius & quidem sine omni causa & culpa fuisse habitos; quippe Pseudo-Episcopi ac Prædicantes in suis comitiis congregati Regi supplicabant, ut non modo nimis sentiendi ac vivendi licentiæ frænum iniiceretur, sed & *Catholicorum augmento obsisteretur, ne tam Protestantium Religio simul & politicum Regimen evertatur.* Cum ergo ad eorum preces Gregorius Rex, se Papatus progressibus impenso studio obstiturum polliceretur, inde Presbyteriani atque Episcopales audaciores effecti contra Catholicam Religionem & Catholicos in omnibus ferme Ecclesiis contumeliosos sermones declamabant, ac ipsemet Londinensis Episcopus omnes suæ jurisdictionis Præcones instigabat, ut acriora scripta Pontificiis Doctoribus opposita, præcipue quæ Jacobi II. Regis tempore divulgabantur, iterato prælo subjici curarent. Ut vero Præcones ad vexandos Catholicos acrius incitarentur, in vulgus spangebatur conficta epistola cujusdam Catholicæ

Sæc XVIII, tholici Sacerdotis Londino Romam ad
 A. C. 1735. quemdam Cardinalem die prima Janua-
 rii anno 1733. scripta, in qua finge-
 tur, Auctorem de statu Catholicæ Re-
 ligionis & aucto Papistarum numero
 exactam dedisse notitiam, ac scripsisse
 Catholicos clam in Anglia erexisse sin-
 gularem Hierarchiam Ecclesiasticam,
 in Londinensem Episcopum nominatum
 esse P. Giffardum, ejus suffraganeos
 esse Peterium, pluresque alios, quo-
 rum potissima cura esset, ut Religio-
 nem avitam propagarent, scholas eri-
 gerent, & juventutem Catholicæ fidei
 præceptis imbuerent: Primariam scho-
 lam Directore P. Fleetwoodo haberi
 Viacomixæ, ibique plures quam cen-
 tum pueros institui: In Anglia versus
 septentrionem sita a Benedicto XIII.
 jam anno 1724. Episcopum fuisse ele-
 ctum P. Williamum Dominicanum, in
 universa Vallia Pritchardum & in Oc-
 cidentali Regione Stonerum, & a
 S. Congregatione de Propaganda Mis-
 sionariis ad fidei Catholicæ incremen-
 tum Roma anno 1733. submissa fuisse
 quadraginta thalerorum millia &c. Ad
 hæc pluraque alia commenta nullas
 subijcimus reflexiones, utpote unicui-
 que, qui Catholicorum statum in An-
 glia cum Protestantium conditione in
 Austria confert, obvias.

S. LVI.

Tumultus ab Hispanis Romæ concitatus.

Quamvis Clemens Papa Hispanæ Aulæ & præsertim Carolo Borbonio Regis Filio haud vulgaria benevolentiae signa, non sine Cæsareorum invidia dedisset, tanta tamen officia paribus officiis adeo non æquabantur, ut ex Hispanorum violentia non leves molestiæ Pontificiis ditionibus accrescerent: Præprimis novus Neapolis Rex Carolus inconsulto Papa Patrem Rossium Theatinum præter morem Alexani Episcopum nominabat, cumque Pontifex eidem confirmationis literas denegaret, mox Regis jussu mille Hispani in sedis Apostolicæ terras irrupere, qui Pontificiis sumptibus alendi hostilem in modum subditos vexabant. Enimvero Clemens exasperatos animos paterna duntaxat benignitate cicurare moliebatur, ipsique Carolo Regi investituram in Neapolis Regnum ultra offerebat, reservato tamen sibi de rebus Ecclesiasticis ibidem libere disponendi jure. Verum Carolus nominationem ad Episcopatus, aliaque Beneficia Ecclesiastica intra suum Regnum sibi soli reservari, vehementer urgebat: Lite hac interim

Hist. Eccles. Tom. LXXV. U

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

terim pendente gravior adhuc tumultus Pontificem in anxias oppido curas coniecit: Hæc, uti evenerint, paucis expediam. Hispani, qui undique legionibus suis supplementa scribere intenti erant, ea de causa Romam quoque irreperunt, & non paucos ex Romanis aut blanditiis aut promissis, imo etiam adhibita vi concipere, quos omnes clam interim in custodia allerunt, donec illos tuto ad exercitum transmittere possent: Vix quindecim præterfluxere dies, & jamjam sexcentos in Urbe Romana ad signa coegerant: pari etiam violentia in pagis Urbis vicinis incolas quamplurimos conduxere, in poenam, uti causabantur, perfidiæ, qua Hispanis militibus ad transfugia opem præstitissent: His accessit, quod si forte ex raptis quidam fuga elaberentur, postmodum deprehensi ab Hispanis Conquisitoribus tanquam militiæ defectores ad carceres & supplicia raptarentur: Id in publico foro Agonali contigit; ubi vero captus in horrendos ejulatus eruperat, mox tumultuaria fit Romanorum concursio; mutua altercatio maximis clamoribus & contumeliis, & tandem densus lapidum grando in Conquisitorem, qui summi beneficii instar habuit, quod relicta præda, vitæ suæ fuga consulere possit:

posset: Sero explorata erat ea vexatio, Sæc. XVIII.
 idque sedulo celatum Clementi Papæ, A. C. 1736.
 ne majoribus conflictaretur angoribus:

Sperabat enim Urbis Gubernator, popularibus hisce turbis sine strepitu remedium opponi posse. Verum paucis post diebus tristior longe scena aperiatur; cum enim hi Plagiarii suas violentias exercere haud desisterent, & Romani Judices, quid hæc in re optimum factu esset, morosius consultarent, ii, qui Regionem Transtyberinam incolunt, & generosum Romanorum sanguinem adhucdum in suis venis habere videntur, moræ ac remedii impatientes consilium capiunt, Civitatem ab ejusmodi raptoribus liberandi, quorum ex iis unus ceteris procacior, atque iracundia magis percitus, vehementer in Hispanos invectus dixisse fertur: *Quid expectamus, socii? Quo usque in timore versabimur? Annon pristinae virtutis memores nos esse oportet? Majores nostri sæpe parvas ulti sunt injurias; nobis libertatem, parentes, liberos domi, ante oculos ab exteris eripi perferemus? Quid est, nisi hoc impietas est? Juvat juvat magno animo, erectoque esse; abeant, si qui sunt, consilii nostri dissensores timidi: audere enim & præstare fortia, Romanorum est. Suasit hæc Transtyberinus iste ceteris aliunde sat exasperatis, &*

U 2

in

Sæc. XVIII. in tanta honoris & fortitudinis argu-
A. C. 1736. menta jam sine controversia credulis,
 tandem plane persuasit. Statim ergo,
 ne magnanimi ausus cunctatio, solito
 suo vitio, bene consulta destrueret,
 cum ascis, fustibus & lapidibus, ar-
 mis in intestino tumultuarie plebis be-
 lo usitatis, turmatim in suorum libe-
 rationem & Hispanorum excidium ac-
 currunt. Acuitur vehementius animo-
 sitas, dum die vigesima tertia Martii in
 quadam domo prope Farnesianum Pa-
 latium quosdam magnis clamoribus ac-
 lamentis opem implorantes audiunt,
 hos ergo quosdam cives Romanos ab
 Hispanis captos esse, haud temere sus-
 picati, mox quinque sexve millia
 Transtyberanorum confluent, in do-
 mos, ubi raptos detineri credunt, cer-
 tatim involant, effractisque foribus
 quosdam suorum in libertatem asserunt,
 parta hac præda se ad Farnesianas
 ædes toto agmine conferunt, ibique
 lapidibus coniectis fenestras effringunt,
 supellectilem in forum deportant, at-
 que palam comburunt. Aucto demum
 suorum numero, & indignatione in Hi-
 spanos per omnes Urbis plateas pro-
 pagata in Palatium Farnesianum rur-
 sus impetum tentant, & Caroli Borbo-
 nii Hispani Principis insignia furibundi
 abstrahunt, ac in frustra non sine mag-
 no

no contemptu comminuunt. His au-
ditis Clementem Papam ingens cura,
timor ac tristitia simul occupaverat,
nec mora, Urbis Governatori nego-
tium dat, ut ducentos Sbirros, Equi-
tes ac pedites Pontificios in Forum
Farnesianum duci curaret, & vi armis-
que adhibitis popularium seditionem
tempestive compesceret, atque seda-
ret. Verum ad ultionem tam obfirma-
tus erat populi furor, ut tumultuantes
nec placari, nec a milite quaquaver-
sum irruente dissipari possent, quinimo
cum eorum nonnullos fustibus durius
tundi cernerent, ipsa commilitonum
incruenta funera illos proritabant in
sanguinem; quocirca in Sbirros confer-
to agmine effusi, ne ipsi inulti peri-
rent, eorum quosdam graviter vulne-
rarunt, & alium interemerunt: In tam
turbido rerum statu ac discrimine id
unicum remedii reliquum esse videba-
tur, pontes custodibus obsidere, ne
strages latius per urbem circumferretur,
& eo facilius seditiosi repellerentur, si
ipsi ad augendum suorum numerum &
potentiam, aliarum Regionum juve-
nes in tumultus societatem evocare
molirentur. Id quoque sapienter pro-
visum, non fefellit eventus; quippe
Transtyberini suos liberandi studio,
ac propriæ libertatis tuendæ gratia ani-

Sæc. XVIII mati nullo pacto contineri poterant,
 A.C. 1736. quin iterum turmatim confluentes ad
 lapidibus instructi armatos in Janicu-
 lensi ponte milites abigere connterentur:
 nihilominus hi in seditiosos acriter
 invecti illos repulerunt. Tum vero hi
 aditum sibi ad Hispanense Palatium,
 ubi Cardinalem Aquavivam morari,
 & suorum nonnullos in custodia servari
 noverant, præcludi indignantes,
 ipsa conatus frustratione animorum
 exacerbationem inflammante, ad aliud
 iter tentandum, aliamque insistendam
 viam consilia & vires colligunt. Mox
 igitur ad Cestium pontem una concedunt,
 in excubantes caeco impetu irruunt,
 & mutuo semet hostatu exstimulantes,
 juncta vi milites æquo timidiore in fugam
 agunt, nec non Tribunum natione Hispanum,
 qui furibundos placare satagebat, lapidum
 jactu prosterunt. Continuato demum
 furore Cardinalis Corsinii Palatium
 cingunt, & ejacutatis saxi fenestras
 perfringunt, in totam Corsiniorum
 familiam, cujus Caput erat ipsemet
 Pontifex, horrendas calumnias, probraque
 pleno alveo effundunt: Postea agmen
 suum in duas phalanges dividunt, quarum
 una ante Comitum de Harrach Cæsarei
 Oratoris ædes, altera ad Cardinalis
 Del Giudice Palatium exclamant:

Vivat Imperator! percant Hispani! præ-
bete nobis arma, ut Austriacæ Domus ho-
stes exterminemus. Cum vero eorum po-

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

stulatis minime satisfaceret, sole ad oc-
casum inclinato in ædes suas reversi
sunt.
Postera autem die seditiosi novam
faciunt concursationem, mox tamen
dissipantur: ast sequenti die multa cis-
Tyberinorum millia confluunt, atque
in diversa agmina dispertiti præcipua
urbis compita obsident: Eapropter om-
nes Pontificis copix & Sbirri cunctos
Civitatis pontes firmare jubentur; ipse
quoque Cardinalis Aquaviva præter
famulos suos armis præcinctos insuper
ad Hispanum Palatium centum quin-
quaginta milites, & totidem ad fene-
stras collocavit: Interea vero numero-
sa factiosorum turma denso lapidum
grandine pontem *quatuor capitum* ag-
greditur; sclopos equidem exone-
rant præsidarii milites, & trucidant
nonnullos, sed tandem numero ac fu-
rori resistendo impares, in vicinam Ec-
clesiam ad quatuor Coronatos sese re-
cipere coacti sunt: Horum fuga freti
tumultaantes, trajecto ponte recentem
militem, qui laborantibus sociis suppe-
tias ibat, aggrediuntur, & rursus re-
pellunt, quin tamen ob plateæ angu-
stias, & condensatas Cataphractorum



Sæc. XVIII. phalanges ulterius progredi possent.
 A. C. 4736. unde accidit, ut utrinque multi cæsi

plures faucii : Nec tamen propterea tumultu cessatum ; ut enim suorum eodem ulciscerentur , extremas vires, quas a desperatione mutuabant, ad Hispanicum forum convertunt, in illud penetrare conituntur, quemcunque ex Hispanis, quos eis casus & fors in manus daret, nullo distinctu, nullisque respectibus trucidaturi. At horrendæ laniæ aggerem opposuere milites Pontificii, qui cunctos aditus tempestive intercluserant : Magis exoptato successu aliud seditiosorum agmen in Circum irruit, raucisque faucibus exclamans : *Vivat Imperator*, juvenem quemdam lauro coronatum & palma in manibus decoratum circumtulit. Inde continuato popularis petulantie impetu usque ad Principis Colonne forum seditiosi penetrant, sed a Papæ militibus ejaculatis sclopis repulsi, quatuor suorum desideratis, pluribusque vulneratis recedunt, mox tamen collectis animis ac viribus milites in fugam agunt, & triumphatorum more ovantes, ad Comitum Harrachii palatium explicatis vexillis contendunt, una voce clamantes : *Vivat Carolus Imperator!*

§. LVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.*Tumultus Pontificis prudentia sedatus.*

Ceterum maximo civium animos horrore perstrinxit rumor, quo per urbem spargebatur, seditiosos in eo esse, ut variis officinis ignem supponerent, & populo extinguendis flammis intento, ipsi armamentarium occuparent, ac inde extracto pulvere, Hispanum Palatium, ad quod ex armamentario subterranea via ducit, everterent, cunctosque Hispanos ibidem agentes opprimerent. Enimvero Clemens Papa sat virium. sat causæ habuisset, ut armata vi, totoque auctoritatis severitatisque pondere in tumultuantes animadverteret, maluit tamen subditorum sanguini parcere, ac potius benignitate & indulgentia illos ad obsequium revocare. Eapropter Principem Sanctæ Crucium & Marchionem Crescentium Viros auctoritate & prudentia summos selegit, qui cum factiosis agerent, eosque hortarentur, ut compositis animis a seditione recederent. Hi ergo præprimis ad Transtyberinos, utpote ceteris magis formidandos accessere, & cum factionis Capitibus colloqui petierunt. Ad horum conspectum una omnes

Sed VIII. nes exclamant : *Vivat Imperator !* *Vivat Princeps Santa-Crucius !* Utriusque
 A. C. 1736. etiam hujus Principis benevolentiae confisi suos ablegant deputatos , inter quos præcipuus erat quidam Sutor , qui ceterorum nomine ita perorabat : „Nos „Romani sumus , & gloriosorum Majorum nostrorum sanguis pro conservanda libertate fervidus adhuc in veis nostris ebullit : Veneramur tamen nostros superiores , & eorum mandatis prompte nos subiicimus : petimus autem a vobis , ne ab Hispanis in exteræ Nationis servitutem tanquam mancipia nos raptari permittatis , sed potius nostros Parentes , fratres Filios & Cognatos a Plagiatorum violentia tueri velitis ; magis enim timemus Hispanos hos Piratas , quam illos , qui mare infestum reddunt : Pro illis , qui bona nobis furantur , aut nostras mulieres stuprant , furca & rota est parata ; cur ergo Hispanis impune liceat , nobis illos , quos vel genuimus , vel a quo geniti sumus , contra fas eripere . Ut ergo nobis in tam gravi calamitate succurratur , ideo in Societatem coimus , quamprimum id obtinuerimus , mox quieti ad nostra revertemur .“ Absoluta hac oratione ambo Principes deputatis clementiam veniamque Pontificis nomine offerunt , hi vero cogite-

ta Clementis voluntate, conclamant Sæc. XVIII.
 omnes, se ad omnia exacte præstanda A. C. 1736.
 paratos esse, rogare tamen I. ut cuncti
 vel a milite Pontificio vel a Sbirris
 capti, in libertatem affererentur II.
 omnes Romani ab Hispanis conducti
 redderentur. III. Exteri militum Con-
 quisitores in Urbe non tolerarentur IV.
 omnes, qui in seditionis pœnam in
 vincula coniecti fuissent, liberarentur
 V. Denique Pontifex omnibus, qui
 pro populi libertate dimicaverant, ve-
 niam & præteritorum oblivionem cle-
 menter indulgeret, nullusque propte-
 rea deinceps aut accusaretur, aut plec-
 teretur: His conditionibus concessis
 & proprio chirographo firmatis una
 omnes per Urbem cursitantes gratulan-
 tesque inter se gaudium & lætitiã
 ostentabant, festive augurantes, ut
 Pontifex salvus, sanus, & felix ad plu-
 rimos annos servetur.

§. LVIII.

*Periculosi motus ex hoc tumultu
 enati.*

Conceptam sedati civilis tumultus ju-
 cunditatem alij inde exorti motus
 haud parum turbabant; res ita accidit:
 militum supplementa adhucdum in
 Cardi-

Sæc. XVIII. Cardinalis Aquavivæ Hispani Oratoris
 A. C. 1736. ædibus erant, hic vero novos Romani
 populi motus haud temere veritus, a
 Clemente Papa Syngraphum seu liberi
 transitus literas postulabat quarum aucto-
 ritate fretus eo tutius recens con-
 scriptos Neapolin ad legiones transmi-
 tere meditabatur. Verum suspectam
 Cardinalis fidem habuit Pontifex, qui
 propter Marchioni Crescentio negotium
 dedit, ut in singulos tyrones inqui-
 reret, atque exploraret, an ex ipsis
 nonnulli dolo malo, vi aut insidiis con-
 scripti fuissent. Re cognita Cardinalis
 Aquaviva illos, quos invitos ac reluc-
 tantes ad militiam raptatos noverat,
 in latebras abdit, inclusosque sub mili-
 tum excubiis detinet: Adventat Cres-
 centius, & viritim cunctos examinat,
 omnesque præsentis voluntario studio
 militiæ nomen dedisse comperit. Hoc
 dolo Aquaviva tam pontificis providen-
 tiam, quam Marchionis sagacitatem
 elusit, petendumque syngraphum extor-
 sit. Itaque omnes conducti Tyrones
 navi imponuntur, & per Tyberin in
 mare effusi jam tertiam leucam eme-
 tiuntur, cum ex repente immutata ma-
 ris fide disturbatur procellis aer, etiam
 nubes, æstivis incensæ caloribus, in-
 ter se colliduntur, & sævo iratorum
 fluctuum agitato navigio præceps rui-
 na

na imminet: Id opis restabat unicum, *Sæc. XVIII.*
 ut improba remorum contentione navis *A. C. 1736.*
 ad littus sensim propelleretur, ibidem-
 que ab anchoris, ancipiti fide penderet,
 donec sua mari tranquillitas esset red-
 dita. Jam integram diem, noctem-
 que navis suspensis nautarum ministe-
 riis pone littora hærebat, & nemo ven-
 tis adhuc sævientibus, & nondum ple-
 na pace compositis alto sese com-
 mittere audebat: Verum in istam
 sedulo intentus & nunc tam ap-
 positam nactus occasionem unus ex
 illis, qui vi fuerant conscripti, ducto-
 ribus & nautis in varios curas distractis
 clam a navi profugit, & nando liber-
 tatem quærens prope Ostiam feliciter
 ripam attingit, ibi ad Salinatorum ædes
 accurrit, & quis esset, Operariis inter
 lacrimas exponit, cumque hos fatum
 suum audiendi percupidos videret, se-
 posita trepidatione eisdem significat,
 permultos adhuc alios paris calamita-
 tis socios & Hispanæ crudelitatis victi-
 mas in navi, ex qua ipse dilapsus esset,
 asservari: Isthæc dum audirent Salina-
 tores, miseratione simul & indignatio-
 ne commoti, turmatim ad navim alter
 altero contentiosius accurrunt, facto-
 que impetu miseros non sine crebro ge-
 mitu & mutua comploratione liberta-
 tem deposcentes militibus Hispanis eri-
 piunt:

Sæc. XVIII. piunt: Nec horum liberatione contenti, ipsos etiam Hispanos militum Ducatores secum captos abducunt, conviciis impetunt, & centenis onerant injuriis. Hæc ubi innotuere summo Pontifici, ut tot turbarum scaturiginem obstrueret, die prima Aprilis sancto edicto, ne milites in Romana ditione conscribere, ulli liceret, & quisquamque demum parere recusaverit, Majestatis damnaretur; ei vero, qui quæpiam transgressionis reum denunciatorus esset, quinquaginta aureorum præmium foret constitutum. Promulgato hoc edicto Cardinalis Aquaviva, ut fraudis calumniam a se amoliretur, tam Conquistores, quam conductos, qui adhucdum Romæ agebant, ipsos urbe excedere jussit, simul tamen gravissimi delicti se reum fecit, dum die duodecima Maii usurpata jurisdictione suprema ejusmodi Conquistorem Romæ in publica platea fustigari, & infra per sequenti die in omnibus urbis compitis inscio Pontifice edictum affigi jussit, vi cujus cunctis ejusmodi Conquistorem tradentibus præmium pollicitus est: quo comperto Urbis Gubernator cuidam Notario præcepit, ut quibusdam testibus & Sbirris stipatus, Aquavivæ edictum, ubicunque affixum esset, abstractum laceraret.

S. LIX.

§. LIX.

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

Gravis molestia summo Pontifici ab Hispanis irrogata.

Hoc Clementis Papæ edicto Hispani vehementer offensi ultionem in ejus subditos exerere connitebantur; ac ideo, cum copias suas Neapolin ducerent, ex his tria millia in Veliterano agro constitere, ibique sub prætextu necessariæ pabulationis adhuc herbescentia frumenta succidere non dubitarunt. At Veliterni, cum suas segetes, totius anni spes, tam foede destructas dolerent, seque & sua ab hisce graffatoribus non nisi opposita vi defendi posse cernerent, una omnes arma raptim capiunt, generoso periculi mortis contemptu ratum fixumque habentes, tam infeltes hospites non modo transitu prohibere, sed & suis finibus proturbare. Hæc cum Pontifex inaudiisset, ut sanguinis profusionem, & subditorum ruinam præverteret, Franciscum Cardinalem Barberinum præfatæ Civitatis Episcopum ac Principem rogabat, ut Veliternos omni, quo posset, rationum pondere hortaretur, ne armis temere sumptis, sibi suisque excidium accelerarent. Attamen Cardinalis apud eos, quibus per obfirmatam violentiam per-

Sæc. XVIII. perfringere deliberatum erat, allatis
 A. C. 1736. suis rationibus nihil profecit; respon-
 debant enim, „se arma sumpsisse, ut
 „sefe ab Hispanorum injuriis vindica-
 „rent, neve sua bona, si sibi inermes
 „eripi paterentur, ignavissimi omnium
 „mortalium a suis, posterisque habe-
 „rentur; proin se minime ideo repre-
 „hendendos esse, quod junctis viribus,
 „communique consilio communia bona
 „defenderent“. Ergo in Hispanorum
 agmina majore roboris sui fiducia,
 quam prudentia irrumpunt, impetum
 tamen hostium diutius sustinendo im-
 pares identidem non sine magna suorum
 strage repelluntur; demum vero
 Hispani in urbem penetrant, in obvios
 quosque indomitis impotentibusque fu-
 riis tumultuantur, non cædibus, non
 ætati, non formæ sexuique parcentes
 sed uno miscentes interitu armatos &
 inermes cives vulnerant, & interi-
 munt; illos vero, qui primam victoris
 militis rabiem effugerant, sedulo con-
 quisitos male habent, nonnullos cum
 insolito cruciatu enecant, compluribus
 in custodiam inclusis. Et ne universa
 Civitas vel flammis vel deprædatione
 everteretur, Magistratus e publica aere
 rio octo aureorum millia solvere coge-
 batur: Postea Marchio de Vienvilla
 Hispani exercitus Marescallus in præ-
 cipuis

cipuis Urbis plateis patibula erigi ius- Sæc. XVIII.
 sit, edito mandato, ut omnes, qui A. C. 1736.
 Urbe excefferunt, mox positis armis
 reverterentur. Nondum tamen Hispani tot civium calamitate & cruore erant satiati; cum enim Ostiam pertransirent, ut vim & injuriam nuper sibi a Salinatoribus illatam ulciscerentur, eorum casas incenderunt, & in vastandis Salinarum officinis tantum temporis insumpserunt, quantum itineris festinatio & laboris improbitas reliquum fecerat. Inde vero Pontificio ærario ingens illatum est damnum; maxima enim Salis copia, quæ ex proximis Salinis illuc erat congesta, perditæ est. Nec levioris detrimenti periculum imminabat Prænestinis; quamprimum enim Hispani ad hanc urbem appropinquaverant, incendium omneque calamitatis genus minitabantur, adeo, ut cives beneficii instar habere cogerentur, quod deflagrationem vexationemque quindecim aureorum millibus redimere, eis datum fuisset.

§. LX.

Difficultates ob petitam satisfactionem motæ.

Tam crebras subditorum vexationes
 Clemens Pontifex summopere mi-
Hist. Eccles. Tom. LXXV. X fertus

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

fertus, & acerbiora veritus, querulus ad Philippum Hispaniarum Regem literas dedit, quibus se hucusque acerbas injurias sibi suisque subditis illatas immota patientia tolerasse significavit, simulque Hispani militis insolentias crudelitates, & inhumanas exactiones exposuit, orans & postulans, ne se diutius in summo mœrore versari, Rex permetteret. Tam æqua Philippo videbatur Clementis petitio, ut nulla mora Belliducibus imperaret, quatenus Hispanæ copiæ e Pontificii Imperii finibus egrederentur, & recto tramite Neapolin contenderent. Eo facto Cardinalis Aquaviva novæ molestiæ fontem subjecit; querebatur enim sibi nondum satisfactum esse de injuriis a plebe Romano in Borbonios illatis; postulabat igitur Regis sui nomine, ut Transyberinæ factionis Coriphæi Hispani Belliduci traderentur promeritis suppliciiis mulctandi. Verum Papa petitionis repulsam concessa factiosis veniam excusabat: Accepto hoc responso Cardinalis instabat, ut saltem ceteris magis rei culpam publice deprecarentur, & universus Romanæ Urbis Senatus ob contumelias Cardinali ejusque famulis irrogatas veniam peteret. Enimvero Pontifex, ut semoto novæ indignationis prætextu tandem molestiæ huic con-

trover

troversæ finem imponeret, Corfinium
 Cardinalem Papæ Nepotem ad Cardi-
 nalis Aquavivæ Palatium ablegabat,
 ut cum eo de satisfactionis dandæ mo-
 do ageret. Ast nil aliud impetrari potuit,
 quam ut aliqui ex seditiosis traderen-
 tur. Id tamen Papa haud aliter con-
 cessit, nisi ut hi tanquam *voluntarii* ce-
 terorum deprecatores respicerentur:
 Eo fine Pontifex Cardinalis petitioni
 acquievit, & tam Senatui, quam
 Transtyberinis ea, quæ Hispani ab eis
 peterent, exponi iussit: attamen ab
 exacerbatis utrinque animis, nil ob-
 tineri potuit; Senatus enim obtende-
 bat, se in hoc tumultu nullas habuisse
 partes, & Transtyberini oppone-
 bant, unicuique licitum esse vim vi re-
 pellere, seque hoc duntaxat jure usos
 esse: Horum repulsam ægerrime fere-
 bat Cardinalis, cumque suæ petitioni
 pertinacius insisteret, populum ad no-
 vam, tamque acerbam provocabat ira-
 cundiam, ut palam minitaretur, se ho-
 norem suum non minori ardore, quam
 antea libertatem armis vindicaturum,
 vicinosque ad Romanorum opem certo
 advoluros: Nec in verbis ac minis
 hæsit populi exacerbatio, sed res de-
 nuo ad communem seditionem spectare
 videbatur; quapropter Clemens Papa
 extremum Reipublicæ fatum præven-
 turus

Sæc. XVIII.
 A. C. 1736.

Sæc. XVIII. turus quinque Romanæ Urbis portas
 A. C. 1736. muris obstrui, ceteras valido milite
 firmari, ac recentes copias ex Urbe
 Veteri accersiri iussit.

Hæc Pontificis providentia, & Ro-
 mani populi constantia Cardinali
 Aquavivæ omnem suæ petitionis per-
 vim extorquendæ spem præciderat; ea-
 propter in artificiosa simulatione opem
 quærebat, hacque ratione suum hono-
 rem ita reparaturum se sperabat, ut
 omne simul tumultus periculum decli-
 naret. Igitur Cardinalem Portiam
 adit, rogans, ut ipse Transtyberinos
 ad debitam submissionem inclinare ni-
 teretur; cum autem horum pervica-
 cia nullis precibus, nullisque minis fle-
 cti posset, tres infimæ sortis homines
 auro corruptit, ut sese excitati tumul-
 tus Auctores fingerent. Hos Aquavi-
 va in suo Palatio perbenigne excepit,
 ac semetipsum esse Transtyberinum,
 utpote hujus Ecclesiæ Cardinalem titu-
 larem, declaravit, certosque reddidit,
 nullam eis molestiam illatum iri, &
 quamvis gravibus pœnis mulctari fuisset
 promeriti, impune tamen per tri-
 duum in ejus palatio remanerent. In-
 terim Cardinalis Marchioni Crescentio,
 Montorio, Riccio & Saccheto, utpote
 Romani populi Conservatoribus nuntia-
 ri

ri iussit, ut ad ejus ædes delati, pa- Sæc. XVIII.
 lam declararent, tres præcipuos se- A. C. 1736.
 ditionis Auctores sese Cardinalis ar-
 bitrio commisisse, ac palam falsos esse,
 se acerbissimas pœnas promeritos qui-
 dem, nomine tamen totius populi præ-
 cipue pro his tribus se gratiam veniam-
 que precari. Verum Conservatores ad
 hanc ludicram deprecationem concur-
 rere detrectabant: unde Cardinalis
 Aquaviva dimissis hisce tribus homini-
 bus ad Regem Hispaniæ perscripsit, se
 nullo pacto satisfactionem a Romanis
 obtinere potuisse.

§. LXI.

*Hispaniæ & Neapolis Regum indig-
 natio contra summum Pon-
 tificem.*

Frustrata petitæ satisfactionis spes Hi-
 spaniæ & Neapolis Reges ad reci-
 procas offensiones provocabat; accep-
 to quippe datæ repulsæ nuntio Philip-
 pus Hispaniæ Rex Cardinalibus Aqua-
 vivæ & Bellugæ præcepit, ut insalu-
 tato Papa Urbe excederent. Pariter
 omnes tam Hispani quam Neapolitani
 Roma intra duodecim dies, & octavo
 post die e tota ditione Ecclesiastica ad
 sua quisque Regna transmigrare
 X 3 jussi

Sæc. XVIII. jussi sunt, quod si secus facerent, eos
 A. C. 1736. pro Regum suorum hostibus habendi;
 mox vero Cardinalis Aquaviva Hispani & Neapolitani Regum insignia ab eorum Palatiis abstrahi ædesque occidendi mandavit. Enimvero Pontifex hos Principes placandi omnia adhibuit media, & satisfactionem, quæ par esset, obtulit. Ast incassum omnia; eodem enim ferme tempore Neapolis Rex Raynerium Simonem Pontificium Oratorem Regno abire jussit, & Silvio de Valentibus pariter Apostolico apud Catholicum Regem Nuntio, qui Madritum post Alammanii obitum ad suam Legationem contenderat, Philippus Rex Bajonæ significari præcepit, ne Regnum ingredi auderet. Insuper inter Romanam & Neapolitanam Aulam omne commercium ac societas interdita; & Hispani in exerenda sua ultione moram ideo duntaxat trahere videbantur, ut de præscribendis durioribus reconciliationis legibus sat amplum deliberandi spatium nanciscerentur. Interim Pontifex singulis ferme diebus Cardinalium cætus habebat, in quibus serio deliberatum, qua demum ratione salvo sedis Apostolicæ honore reconciliatio cum utroque Rege initi posset; Verum omnia Patrum consilia elusit Aulæ Hispanæ gravitas; Regi enim

enim persuadebant Ministri, nunquam ^{Sæc. XVIII.} pacem Pontifici esse reddendam, nisi, A. C. 1736.
 uti Franciæ, ita & Hispaniæ & Neapolis Regibus, omnia Beneficia Ecclesiastica pro suo arbitrio conferendi jus esset indulturus. Dura quidem erat hæc conditio, ejus tamen asperitatem superabat ardentissimum, quo Pontifex flagrabat, restituendæ unionis desiderium; haud parum vero ad prosperum negotii successum attulere preces publicæ, quas in Lateranensi Basilica expositis sacratibus utriusque Apostolorum Principis Petri & Pauli Capitibus indixerat: ut concordia tot humanis conatibus incassum quæsitam tandem divino munere reperiretur. Nec Papam spes sua fefellit; siquidem mox de reddenda pace, & quod sane mirum, ipso etiam Aquaviva strenue adlaborante, serio agi cæptum est, & jamjam inter Madritensem, & Neapolitanam Aulam cum Pontificia commercium epistolare apertum, ipsisque Ecclesiasticis indultum, ut denuo Romam reverti possent. Ast adversus hæc bene cæpta asperiores Hispani Regis condiciones animum jamjam ad mollitudinem pronum rursus indurabant: primo enim a Papa petebat, ut Feudi, quod in Neapolis regnum obtendit, juri cederet II. Castrum & Roncilio-

Sec. XVIII. ncilionem Carolo Hispano assereret.

A. C. 1736. eumque prærogativa *perpetui dictatori*

& Senatoris Romani decoraret III. Utriusque Siciliae Regi idem, quod ceteri Reges haberent, Purpuratos nominandi jus concederet. IV. Puglianam arcem Hispanis vel Carolo infanti traderet, bellique nuperi expensas resarciret. V. Tam Hispano quam Neapolitano Regibus omnia beneficia Ecclesiastica conferendi facultatem daret. VI. Regi Neapolitano Auditem Rotæ & Consistorii Advocatum Romæ habendi jus indulgeret. Præterea Hispaniæ Regina a Pontifice postulabat, ut Barnabitarum Ordinem aut penitus extingueret, vel eorum bona Regi adjudicaret, eoquod hoc Ordo, ut obtendebatur, contra Regis edictum Regiosque Ministros mercium prohibitarum negotiatoribus auxiliatrices manus præstitisset. Verumtamen harum petitionum insolentia summum Pontificem tantopere offendit, ut per litteras declararet, se de concordie legibus nunquam deinceps acturum, nisi prius tam Neapolitano quam Hispano sedis Apostolicæ Nuntio suam legationem obire concederetur, & Romam evocati Hispani una omnes redeundi facultatem haberent, ac denique dimisso Cardinale Aquaviva alius Orator Pont-

Pontifici magis acceptus, magisque pa- Sæc. XVIII.
 catus nominaretur: Insuper Altovitius A. C. 1736.
 Præsul, qui ut Ludovico Cardinali Hi-
 spæni Regis Filio rubrum Biretum Mad-
 ritum delaturus jamjam sese itineri ac-
 cinxerat, Romæ subsistere a Papa jus-
 sus est.

§. LXII.

*Paterna Clementis sollicitudo pro re-
 parandis damnis ditioni Pon-
 tificiæ illatis.*

Per assiduas Hispani, Austriacique
 exercitus exactiones, transitus,
 stativa, cursus & recursus tam gravia
 ditioni Pontificiæ, ejusque subditis
 damna fuere illata, ut Clemens quam-
 vis Ferrariæ Bononiæ ac Ravennæ le-
 gationes & status ingenti pecunia sæpius
 sublevare conatus fuerit, nihilominus
 tamen cum ei innotuisset, quod æs
 alienum contrahere, & cives iniquis
 etiam conditionibus usuras accipere
 compulsi fuerint, insuper etiam ma-
 xima rei frumentariæ inopia, & inso-
 lita olei caritas accessisset, hinc anxiis
 curis agitabatur, qua demum ratione
 publicis & privatis subditorum miseriis
 potenter subvenire posset. Tota rei
 difficultas in eo erat, quod Pontificium

X 5

æra-

Sæc. XVIII. ærarium omnino egens, & pene ex
 A. C. 1736. haustum, ac illa Urbis Romanæ Ar-
 gentaria Mensa, quæ a Spiritu S. no-
 men habet, in decoctionis discrimen
 esset redacta: Nec minoribus angustiis
 premebatur vicinum Nosocomium,
 quod, si grandem pecuniarum vim,
 quam ejusdem Argentariæ nomine de-
 bebat, solvere cogeretur, vix quic-
 quam de amplissimis ejusdem bonis pro-
 alendis pauperibus & infirmis conser-
 vari potuisset; quot annis enim sex-
 aginta aureorum millia super centum
 expensa ferebantur. Tam gravi ne-
 cessitati, ut mederetur Clemens, Car-
 dinali Leandro de Portia negotium do-
 dit, ut etiam atque etiam ponderaret,
 quæ maxime præfati Nosocomii, ad-
 jectæque Argentariæ rationibus con-
 ducerent. Hic ergo juncta opera Præ-
 sulum Marij, Mellinij & Joannis Bapti-
 stæ Mesmeri, quos hujus muneris so-
 cios ac Consortes sibi selegit, toto ani-
 mo in exequendum Pontificis manda-
 tum incubuit, & permulta quidem
 hanc in rem utilissima decrevit, quæ
 omnia auctoritate sua comprobavit Pon-
 tifex, qui insuper illud quoque saluberrimum
 attulit remedium, cum enim
 sortium ludum, vulgo *Lotto* in singu-
 los annos pro octoginta aureorum mil-
 libus elocasset, hunc censum Nosoco-
 mio

mio adscripsit, ita tamen, ut ex eo Sæc. XVIII.
 tertia pars demeretur, qua sensim sol- A. C. 1736.
 veretur, quod ex ædificiis ad Urbis
 ornatum a Papa erectis solvendum su-
 peresset. Præterea statuit, ut S. Petri,
 ut vocant, Fabrica ex repositis suis pe-
 cuniis centum & viginti aureorum mil-
 lia eidem Nosocomio suppeditaret.

§. LXIII.

*Clemens Pontifex nova molestia
 affectus.*

Vix Pontifex a gravibus hisce curis
 respirare cœperat, cum identidem
 in novas easque sat periculosas conii-
 ceretur angustias: Res ita contigit:
 Die undecima Februarii Donghius Cæ-
 sarei exercitus supremus Vigiliarum
 Magister ad plateam, quæ a *cursu* no-
 men fortitur, vectus equestri decursio-
 ne oculos suos pascere cogitabat; cum
 autem curru suo præcedentium rheda-
 rum ordinem insequeretur, & ad S.
 Marci forum delatus ad alteram plateæ
 partem currum suum insisteret, ac-
 cidit, ut Fiscalis Pontificii Filius cum
 rheda sua sese intrudere, & Donghii
 currum antecedere pararet: id cum
 hic permittere nollet, Sbirrorum Præ-
 fectus ejus aurigæ præcepit, ut Fisca-
 li

Sæc. XVIII. A. C. 1736. li locum cederet: hoc audito Donghius ex Præfecto sciscitatur, qua auctoritate id suo Aurigæ mandare præsumeret? eo autem respondente, se Ministrum esse Romani Gubernatoris, hunc vero Pontificis, se igitur utriusque nomine id præcepisse: Hoc responso offensus Donghius, Præfecto reposuit, se esse Cæsaris Ministrum idque patere ex tessera, dein Sbirrum effusis quibusdam probris rejecit; Altera autem die, cum in ædibus suis quosdam legionis suæ Tribunos convivio exciperet, domi se continere, jubetur, secus, si inde excedere præsumeret, decem aureorum millium multam penderet. Percepto hoc mandato Donghius in questum ibat ad Cæsaris Administrum Comitem de Harrach, qui Coiro Gubernatori & Cardinali status Pontificii Secretario, significari iussit, Donghium esse Cæsari ab obsequio, caverent igitur, ne hunc adeo indignum in modum haberent. Verum frustranea erat Comitis hortatio; cum enim Donghius vespere curru vectus, domum reverti vellet, in publica platea, inspectante magna populi frequentia ad communes carceres rapitur, & in ergastulo, ubi coquus quidam inclusus hærebat, per totam noctem detinetur, altero autem die ad separatam cubile transfertur. Eo

Eo comperto Comes citatis equis Cur- Sæc. XVIII.
forem Viennam cum literis misit, & A. C. 1736.
Donghium nulla mora liberum dimitti
jussit, quo factò pariter misso ad Cæsa-
rem Cursore Pontifex significabat, id se
penitus incscio factum, seque ad omnem,
quæ peteretur, præstandam satisfac-
tionem paratissimum esse: Acceptis
hiscè Papæ literis Imperator transmis-
sa ad Comitem Harrachium epistola ei-
dem mandavit, ut pro illatæ injuriæ
reparatione postularet, quatenus Ro-
manæ Urbis Gubernator publice ad
Comitis Palatium accederet, & im-
providi mandati sui culpam deprecare-
tur: Sbirrorum vero Præfectus, cunc-
tique ejus satellites, qui ejus jussa exe-
cuti essent, ad triremes damnarentur,
& denique Fiscalis, si hujus violentiæ
participem se reddidisset, promerita
poena plecteretur: Id omne Pontifex
exacte adimpleri curavit, quamvis
Sbirri, qui jam ad transtra alligati hæ-
rebant, per Cæsaris clementiam a suo
supplicio liberati fuissent. Ita Clemen-
tis prudentia tot tamque periculosos tu-
multus aliorum imprudentia concita-
tos feliciter composuit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

§. LXIV.

*Diffidium Papam inter & Lusitaniam
Regem.*

Nondum tamen molestiarum finis
quamvis enim Pontifex Bichio &
Firrao Purpura decoratis, Joannem V.
Lusitanicæ Regem ex integro placatum
crederet, hic nihilominus duriora in-
dies postulata interponebat, causatus,
sibi nondum plene satisfactum esse de
injuriis, quæ ejusdem Bichii causa
per tot annos accepisset. At Clemens,
cui nihil magis cordi erat, quam fir-
ma cum Principibus pax & concordia,
ut tandem ejusmodi diffidiis finis esset,
Turconium Roma Ulyssiponem ablega-
vit, qui Regis animum ad æquiora
flecteret consilia, ac præprimis ab eo
impetraret, ut Rex plurima, eaque
gravissima, quæ ex diuturnis hisce tri-
cis orientur, incommoda & scandala
tolleret, &, quod Pontificem intima
cruciabat, tandem dignos Viros ad Ec-
clesias tot annis suis viduatas Pastori-
bus nominare vellet: Hæc ut eo facili-
lius obtineret Pontifex, non modo Re-
gi gratiam fecit, ut Ulyssiponenfis Patri-
archa semper Cardinalitia præfulge-
ret dignitate, sed insuper præter alia
plurima beneficia Regi indulfit, ut
quar

quartam pensionum partem, quam an- Sæc. XVIII.
 nis Episcopatum, ceterorumque Sa- A. C. 1736.
 cerdotiorum proventibus imponendi fa-
 cultatem jam antea Reges Lusitani ha-
 bebant, ad tertiam usque partem ex-
 tendere posset. Cum vero Rex nec
 tam amplo favore sibi satis datum cre-
 deret, & Pontificem ad tam duras
 condiciones, quas ipse præscripsit,
 flecti posse desperaret, consueto Regiæ
 ultionis terriculamento usus, Pontifi-
 cii Oratoris ac Nuntii negotiis inter-
 dixit: Tandem anno proximo hæc lis
 penitus terminata est.

§. LXV.

Alia controversia a Gallis mota.

Nec magis pacata ex Galliis spirabat
 aura; quamprimum enim Clemens
 Papa Augustum III. prout in prælimi-
 naribus pacis articulis conventum erat,
 Poloniæ Regem agnoverat, mox Gal-
 li hanc agendi rationem ægris oculis
 aspiciebant, horum quoque indigna-
 tio novum cepit incrementum ex eo,
 quod Pontifex ad Poloni Regis nomi-
 nationem Grobowski ejus Legato Vil-
 nensem Episcopatum contulisset, cum
 tamen Franciæ Orator Comitem Zalus-
 kium ad præfatæ Ecclesiæ Infulam pro-
 moveri

Sæc. XVIII. moveri postulasset: desuper Orator prolixissime querebatur, cui tamen Pontifex respondit, gravissimis ex causis se Poloniæ Regis precibus hac in recessisse, de cetero autem se intentissimum fore, ut alio modo Stanislai precibus obsecundare posset: Ast importunissimo tempore accidit, ut Polonia Nationis suæ Templo præfati Stanislai insignia auferrent, subrogatis illis Augusti Saxonis: Tum vero Gallicus Orator mox, nequidem Papa valere jussu, Roma Tusculum secessit; & quia Hannibal Cardinalis Albanus, utpote Polonici Regni Protector, hæc insignia & dictæ Ecclesiæ frontispicio abstrahi jussit, ideo Franciæ Orator præcepit, ut vicissim hujus Cardinalis insignia, quæ ante Ecclesiam SS. Trinitatis ad Montes Fratrum Minimorum, quorum Protector erat Albanus, abstraherentur: quo factò Cardinalis Manlianam ad suam Episcopalem Ecclesiam rediit, ibidem tamdiu substiturus, donec hæc cum Galliarum Rege composita esset: Orator autem palam declarabat, Regem suum cunctas Congregationes, quibus hucusque Albanus Cardinalis interfuisset, pro nullis irritisque habiturum. Ast Ludovicus XV. Franciæ Rex frivolas ejusmodi altercationes pertæsus, comprobatis Papæ rationibus

bus pristinam restituit pacem, & Orationem Romam reverti iussit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

Supererant adhuc inveteratæ lites a Sardinia Regis Administris propagatæ, quas, ut tandem componerent, Cardinales Alexander Albanus, & Petrus Corradinius extremos adhibebant conatus, hucusque tamen irritos.

§. LXVI.

Clementis Papæ oppositio contra Neapolitani Regis postulata.

Exeunte hoc anno inter Carolum Cæsarem & Gallia Regem de pace in eunda serio cogitatum est, cui quoque subscripserant Hispaniarum & Sardinia Reges, qui Gallicis armis faventes fœdus cum iis percusserant. Illud vero præprimis doluit Clementi, quod in altera transactionis parte die tertia Octobris Vienna sancita ducatus Parmæ & Placentia Domui Austriacæ asserti fuissent, nulla omnino habita ratione Sedis Apostolicæ, quæ has ditones tanquam avita sua feuda sibi vendicabat. Eapropter Pontifex graviter apud Cæsarem, aliosque Principes paciscentes querebatur. Nonnihil tamen dolorem leniebat, quod in quinto ejusdem pacis articulo Cæsar Ducatus Castrum

Hist. Eccles. Tom. LXXV.

Y

&

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

& Roncionem eidem Sacræ Sedi restitutuere iussus fuerit, seque obstrinxerit, quod utriusque Ducatus incorporationem ulterius prosequi haud vellet. Acriter tamen Carolus Borbonius Neapolis Rex, cui in Parmæ Ducatus successio erat destinata, sese huic precibus decreto opposuit, postulans, ut utrumque hoc feudum redderetur. Verum Pontifex præscriptionis jus opposuit, declaravitque, bona semel Apostolicæ sedi firmo jure asserta alienare, sibi integrum non esse: Ut vero universo Orbi constaret, penes Sacram Sedem plenum utriusque Ducatus Dominium ex antiquo fuisse, Pontifex Cardinali Aldobrandino negotium dedit, ut Ecclesiæ jura in præfatos Ducatus solidis rationibus, editoque scriptis comprobaret. Nihilominus juris firmitati adeo prævaluit imperium procedendi cupiditas, ut Curix Parmensis Cancellarius nomine sui Principis ad utriusque Ducatus subditos edictum transmitteret, vi cuius eis inhiberetur, ne deinceps ullum alium præter Parmæ Ducem, seu Dominum suum agnoscerent, & tributa, ceterasque actiones duntaxat in Parmensi Camera penderent: Attamen tam firmum erat Sedis Apostolicæ jus, ut in iure pacis arti-

articulo, quo Ducatus Pontifici fuit Sæc XVIII.
 adjudicatus, immote insistendum de- A. C. 1736
 cerneretur.

§. LXVII.

*Caroli Cæsaris oppositio contra deci-
 marum exactionem a Papa
 concessam.*

Jam anno priori Carolus III. Palati-
 nus Elector allatis pluribus rationi-
 bus Clementem Papam eo induxit, ut
 ex Ecclesiasticorum bonis decimam par-
 tem exigendi facultatem eidem indul-
 geret. At quo promptior Pontifex
 erat in concedendo, eo morosiores
 erant hujus Regionis Ecclesiastici in
 elargiendo; cum enim per belli cala-
 mitates, hostiles exactiones, hyberna-
 cula, aliasque expensas pene innume-
 ras damna immensa pertulissent, gra-
 ve nimis onus vix reslorescente pacis
 tranquillitate sibi imponi existimabant;
 quapropter hanc in rem Cæsaris offi-
 cium opemque supplices implorarunt:
 Nec eorum precibus defuit æquitas Im-
 peratoris, qui illico datis ad Electorem
 literis eundem hortabatur, ut attenta
 temporum injuria, & Cleri inopia de-
 cimarum exactionem differret: Eo
 etiam sine Romam ad suum Oratorem
 Y 2 per-

Sæc. XVIII. perscripsit, dato negotio, ut summa
 A.C. 1736. Pontifici graves illas exponeret ratio-
 nes, ob quas in præfenti rerum vicis-
 situdine concessus Electori favor Pale-
 tino Clero haud tolerandus videretur.
 Interim vero Jacobus Oddius Colonien-
 sis Nuntius Apostolicus, insuperba
 bita Cæsaris interpellatione decimas
 pendendi præcepit, & tres Ecclesiasticos,
 qui eas colligerent, nominavit. Id
 resciverat Imperator, mox edito Cæ-
 sarei Consilii decreto inhibuit, ne dein-
 cept hæ decimæ exigenterentur, & jam-
 jam exactæ nulla mora Palatini dilige-
 ntius Clericis restituerentur, in trans-
 gressores indicta capitali pœna & vigi-
 ti marcarum auri multa. Ceterum Pon-
 tificis cognitis Viennæ gestis, & pondera-
 tatis Palatini rationibus rem ea dexte-
 ritate circumegit, ut ipsemet Impera-
 tor hanc decimarum exactionem ratam
 haberet, & sua quoque auctoritate firmaret.

§. LXVIII.

*Connubium solemne inter Mariam
 Theresiam Austriæ Archiducissam
 & Franciscum Stephanum
 Lotharingiæ Ducem.*

Fluxerat hic annus currentis sæculi Sæc. XVIII.
 trigessimus sextus longe celeberrimus ob auspiciatissimum connubium, A. C. 1736.
 quo Maria Theresia Caroli VI. Imperatoris Filia primogenita, Leopoldi Cæsaris Neptis, Domus Austriacæ Archiducissa Francisco Stephano III. Regio Principi, ac Regnanti Lotharingiæ Duci desponsa fuit. Hic eam die trigesima prima Januarii ab Augustissimis Sponsæ Parentibus ritu solemnibus, & pompa haud vulgari expetierat, firmatisque utrinque pactis festivæ conjunctioni nil deerat, nisi Pontificia impedimenti solutio: quippe Carolus Leopoldus Regii Sponsi Avus secundis nuptiis sibi junctam habebat Eleonoram Mariam Ferdinandi III. Imperatoris Filiam, Augustissima vero Sponsa descenderat ab Avo paterno Leopoldo Cæsare, qui ejusdem Ferdinandi III. Filius erat, proin ambo inter se tertii æqualisque gradus propinquitate devincti. Pontifex igitur, ut hoc vinculo Principes Sponfos solveret, nomine utriusque a Cardinale Del Giudice rogatus, mox legis gratiam fecit, ac Reginæ Hungariæ titulum *Apostolicæ* attribuit: dein Clementis Papæ jussu Cardinalis Oliverius, qui a Secretis epistolis erat, dispensationis diploma expedivit. Quo accepto die duodecima

ſæc. XVIII.
A. C. 1735.

ma Februarii Viennæ fauſtiſſimæ hæ
nuptiæ ſolemni ritu fuerunt celebratæ,
quarum pompam Sacris cæremoniis
auguſtiorẽ reddidit Dominicus Paſ-
ſioneus Episcopus Ephelinus, & in Cæ-
ſaris Aula Nuntius Apoſtolicus, cui
hanc in rem Clemens Papa facultatem
dederat, ac die vigesima Jauuarii ad
illum in hæc verba reſcriperat. „Cum
„inter Mariam Theresiam Archiduciſ-
„ſam noſtram in Chriſto dilectiſſimam
„Cæſaris natu maximam Filiam & no-
„ſtrum pariter dilectum Filium, No-
„bilem Virum Franciſcum Stephanum
„Lotharingiæ Ducem proxime matri-
„monium ſit ineundum, illudque ad
„commune Catholicæ fidei commodum
„redundare cenſeatur, Nos non modo
„ob rei dignitatem, ſed & propter ſin-
„gularem noſtrum affectum erga Cæ-
„ſarem huic ſolenmitati intereſſe ſtatui-
„mus. Impediti tamen volumus, ut
„fraterna tua charitas noſtro Nomine
„juxta ſolemne Eccleſiæ ritum nup-
„tias ſacra precatone conjungas,
„Deumque Omnipotentem genuflexus
„invoces, ut Auguſtiſſimos Sponſos
„ejuſmodi Filiorum Parentes conſtituat,
„qui tanquam digni Majorum ſuorum
„imitatores ad Catholicæ Religionis,
„& Romanæ ſedis protectionem & orna-
„mentum

„mentum excrescant. Si vero casu Sæc. XVIII.
 „impediaris, quo minus ipse deman- A. C. 1736.
 „dato muneri fungi posses, Con-
 „cedimus tibi facultatem, ut alium
 „auctoritate dignitateque parem ad sub-
 „lime hoc opus subrogare possis. Ce-
 „terum tibi Venerabilis Frater, pater-
 „no affectu Apostolicam nostram bene-
 „dictionem impertimur. Datum Ro-
 „mæ &c“.

Eadem die Clemens Pontifex ad
 Carolum Cæsarem serenissimæ Sponsæ
 Parentem hæc gratulatorias transmi-
 sit literas.

*Carolo nostro in Christo dilectissimo Fi-
 lio Catholico Hispaniarum, necnon Hun-
 garia, & Bohemica serenissimo Regi, &
 electo Romanorum Regi, Clemens Papa
 XII. suam salutem,*

„Quo magis serio perpendimus,
 „quam uberes fructus in Catholicæ Re-
 „ligionis, & Apostolicæ Sedis bonum
 „ex piis, ac proxime subsecuturis
 „nuptiis inter dilectissimam in Christo
 „nostram primogenitam Filiam Mariam
 „Theresiam Archiducem, & pariter
 „dilectum ac Nobilem Virum Francif-
 „cum Lotharingæ Ducem accrescant,
 „cumque veram fidem nunquam certius
 „in tuto collocari posse, probe prospici-
 „ciamus, hinc deesse non possumus,
 „quin Majestati tuæ, totique Ecclesiæ
 Y 4 „de

Sæc. XVIII. „de concepto consilio gratulemur, &
 A. C. 1736. „perpetuum lætitiæ nostræ monumen-
 „tum relinquamus. Eapropter per æ-
 „clusas literas, Venerabili Fratri no-
 „stro Episcopo Ephesino, sedis Aposto-
 „licæ apud tuam Majestatem Nuntio
 „demandavimus, ut nulla mora Te ac-
 „cedat, & præsentis litteras nostras,
 „tanquam gaudii nostri de prospero suc-
 „cessu concepti testimonium porrigat,
 „Tibi negotium eidem a Nobis com-
 „missum exponat, vi cuius sub sum-
 „mi Sacerdotis ministerio & juxta so-
 „lemnes Ecclesiæ ritus, nostro nomine
 „Illustrissimos Sponsos conjungat, eis-
 „que ab Omnipotenti Deo per juges
 „preces prædilectos ejusmodi Filios ex-
 „oret, qui Tuum exemplum, ac Majo-
 „rum suorum hortamenta ad Dei timo-
 „rem & pietatem æmulentur, utpote
 „quorum præcipua semper cura erat,
 „ut vera fides conservetur, propagetur,
 „& propugnetur, Romanæque sedes
 „beneficiis, benevolentis, & liberali-
 „bus donis augeatur: Enimvero Te ob
 „eminentem primogeniti Ecclesiæ Fili-
 „prærogativam, necnon propter tuam
 „erga Apostolicam sedem potenter præ-
 „stitum affectum, jam antea maximi
 „habuimus, Tibique tamquam egregio
 „Tuorum Majorum optime meritum
 „exemplari, summo studio addicti fui-
 „mus,

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

„mus, nunc vero affectus noster fau-
 „stissimo hoc vinculo, per quod Natio-
 „ni Catholicæ in Germania, multis-
 „que aliis Provinciis omne bonum pol-
 „licemur, tantopere auctus est, ut
 „quantumcunque Te jam antea servi-
 „dissime dileximus, hic tamen amor
 „noster nunc longe magis, quam ver-
 „bis exprimi potest, excreverit, & cor
 „nostrum tibi intime addictum sit. Per-
 „ge igitur, & Te de Christiana Repub-
 „lica præclare meritum redde, ut inde
 „certus sis de potenti Altissimi Dei au-
 „xilio, & gloriosissima Austriacæ Do-
 „mus propagatione, deque summa No-
 „minis tui gloria, devotione ac pieta-
 „te lætari valeas, quod ad Ecclesiæ
 „utilitatem propriumque cordis nostri
 „solatium intimo affectu exoptamus,
 „& prævie Nobis pollicemur per pater-
 „nam nostram benedictionem, quam
 „Tuæ Majestati Carissimo nostro in
 „Christo Filio amantissime impertimur.
 „Datum Romæ &c“. Copulatis itaque
 „indissolubili foedere Serenissimis Spon-
 „sis Nuntius Apostolicus Hymnum Am-
 „brosianum intonabat, quo solemniter
 „decantato omnibus adstantibus Pon-
 „tificiam benedictionem impertitus est.

Y 5

§. LXIX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

§. LXIX.

*Fleuryus Cardinalis ob pacis studium
de Ecclesia & Francia optime
meritus.*

Inter turbidas rerum vicissitudines, quibus tam Ecclesia Gallicana, quam Franciæ Regnum per tot jam lustra agitabatur, nullius sollicitudo ardentius occupabatur, quam Fleury Cardinalis, qui in reddenda tam Ecclesiastica, quam politica pace assiduum impendit studium: Res equidem in componendis Ecclesiæ dissidiis per Quesnellitas excitatis, minus ac spes ferebat, ex animi sententia processit, magis tamen exoptatum habuit exitum immensus pene labor, quem Fleuryus in concilianda pace inter Cæsarem & Galliarum Regem per plures annos adhibuit; huic enim velut præcipuo Mediatori tota Christiana respublica redditæ tranquillitatis felicitatem in acceptis retulit, & ipsemet Ludovicus XV. Franciæ Rex Fleuryum pristinæ inter Principes amicitæ restauratorem, & populi salutem deprædicavit, ac æquissimum censuit, ut bene de Regno meritis fidelitatis ac laboris sui ampla ferret præmia. Eapropter eidem indulfit, ut de omnibus beneficiorum Ecclesiasticorum

corum redditibus, qui viginti quinque Sæc. XVIII.
 Ludoviorum aureorum millia æqua- A. C. 1736.
 bant, pro arbitrio in Agnatorum favo-
 rem libere disponere posset: Ejus quo-
 que Agnatum Marchionem de Perpigniano Rex Ducem ac Franciæ Parem nominavit, concessumque diploma Regium die decima quinta Maij ad tabulas referri jussit, voluitque, ut præfatus Marchio deinceps Fleuryus *Dux* nominaretur, ejusque prædium Perpignianum titulo Fleuriani Ducatus ornaretur, adjectis quoque pluribus aliis prædiis huic Ducatui vicinis: Enimvero Cardinalis Ludovico Regi ob tam liberalem munificentiam grates repensurus Versalias contendit, tenero ipsius Regis complexu honoratus, mundanæ tamen pompæ pertæsus, ac imminētis mortis memor, nil avidius, quam animæ suæ quietem anhelabat, ea de causa in Parisinæ Cathedralis cæmeterio sibi locum selegerat pro extruendo sacello, in quo ossa sua tumulo contegi curaret; utque vita ab aulico strepitu vacua, piisque exercitiis sese ad extremam luctam accingere posset, Regi supplicabat, quatenus politicæ administrationis onus deponere, sibi liceret. Attamen Rex, cum illum fraterno veluti amore complecteretur, eumque ceu Ministrum ceteros longis inter-

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

intervallis antecellentem respiceret, al-
latis rationibus tantum effecit, ut Cardi-
nalis in Regis Regnique utilitatem obse-
quiumque ulterius suas vires & operam
impendere polliceretur; unde imperium
per manus Regis denuo traditum, nul-
lo, quod sane mireris, auctoritatis
summæ rivali, diuturna securitate ul-
que ad obitum suum tenuit. Sub idem
quoque tempus Clemens cum eo ege-
rat de instaurandis renovandisque edi-
ficiis, quæ Ludovicus XIV. contra Hu-
gonotas seu Calvinistas in occulto la-
tentes tulerat.

§. LXX.

*Historia de Concilii Tridentini versio-
ne a P. Courayero concinnata.*

Hoc item anno nova tempestas in P.
Courayerum coorta est. Illius oc-
casio erat hæc: Jam priori Sæculo
Paulus Sarpus Servita Venetæ Rei-
publicæ Theologus Tridentinæ Synodi
Historiam ediderat, malignis ac per-
niciosis reflexionibus inspersam, quæ
nihilominus in varia idiomata fuit
translata: Hanc ut denuo notis illust-
ratam Gallice redderet, Wilhelmina
Carolina Magnæ Britanniæ Regina Pe-
tro Francisco Le Courayer e Galliis in
An-

Angliam profugo in mandatis dedit: Peropportuna huic Viro accidit hæc provincia; inde enim Ecclesie Catholice fundamenta, sedisque Apostolice auctoritatem dolosis cuniculis oppugnandi, erroresque suos palliandi occasionem nanciscebatur. Igitur Calviniana animositate calamum stimulante, intra breve temporis spatium suam versionem absolvit, eamque hoc anno Amstellodamensibus literis excusam vulgavit, præfixo hoc titulo: *Historia Concilii Tridentini a Fra Paulo Sarpi Ord. Servorum Italice conscripta, & in idioma Gallicum unacum criticis Historicis & Theologicis annotationibus illustrata a Petro Francisco le Courayer in Oxoniensi Academia Theologie Doctore, & Canonico Regulari, necnon Seniore Bibliothecario Abbatie S. Genovevæ Parisiensi.* Sunt qui vehementer mirantur, quod hic Versor in suis scriptis Catholici Canonici ad S. Genovevam & simul Doctoris A Catholicæ Universitatis titulum conjunxerit. Id vero, ponderata, quam sibi Courayerus præfixit, scribendi ratione, facile conciliari potest; quamvis enim pro more omnium Apostatarum Romano-Catholicæ Ecclesie, ejusque supremi Pastoris auctoritatem acrimodum stylo insectaretur, ubi tamen præcipua sexdecim fidei capita inter

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

ter

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

ter Catholicos & Protestantes contra
versa impugnabat, nunc cum illis, jam
cum his sentire videbatur, adeo, ut de
eo idem quod ipse de suo Sarpio censuit
æquali jure dici possit, *ipsum fuisse Ca-
tholicum in crassioribus, in minutioribus
quandoque heterodoxum.* Porro adversus
novam hanc Courayeri versionem Eri-
ditorum calami tam Parisiis, quam in
Italia strenue exercebantur; & quidem
Mense Februarii anni sequentis in So-
cietatis Collegio Parisiis habebatur pub-
lica disputatio, in qua Sarpii & Cou-
rayeri opiniones in sua Historia Tridenti-
ni, necnon in notis contentæ vehemen-
ter impugnabantur. Solemnior redde-
batur Theologicus hic confessus ex nu-
merosa præsentia Cardinalium, Archi-
episcoporum Præsulum & præcipue
Canonicorum Abbatix ad S. Genove-
vam. Præ ceteris vero Petrus de Ten-
cin Embrodunensis Archiepiscopus po-
stea Cardinalis anno sequenti contra
spurium hunc fatum, Pastoralem edidit
instructionem, in qua præter alia
Courayeri effigiem his coloribus deline-
avit: *Vir ille eodem numero habet verum
& falsam Religionem, confundit Lutheri
& Calvinii doctrinam cum illa Jesu Christi
subruit Ecclesie fundamentum & subjectio-
nem erga Ecclesiam velut insaniam deridet, hor-
rendosque errores inter tolerandas opinio-*

nes numerat, & effrænem humani intellectus licentiam tuetur; ejuravit universam Christi Ecclesiam, & in hæresis gremio asylum quæsit, ut totum suum venenum contra Christi Ecclesiam, Sacramque Sedem eo tutius evomere posset. Nec ipsis etiam Jansenistis ex integro probabatur Courayeri liber, quem Montpeffulanus, seu verius enthusiastarum factio (*) sub hoc nomine latitans, & Antissiodorensis Episcopus damnarunt, edita peculiari lucubratione post Montpeffulani obitum sub ejus nomine a Jansenistis publici juris facta: Verum horum Præsulum scripta Courayerus livido dente proscindere nitebatur, edita apologia, cui titulus: *Vindiciæ versionis novæ Concilii Tridentini contra quorundam Præsulum censuram &c.* anno 1742.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

Tandem vero anno hujus sæculi quadragesimo die vigesima sexta Januarii Clemens Papa Courayeri Historiam Apostolico diplomate proscripsit, hoc tenore: „Cum in lucem prodierit quidam liber Gallico idiomate editus: cui titulus. *Histoire du Concile & Venerabiles*

(*) Certissimum, quod Jansenistæ confutationem Courayeriani scripti primum post obitum hujus Montpeffulani Episcopi publici juris fecerint.

Sæc. XVIII „biles autem Fratres nostri S. R. E.
 A. C. 1736. „Cardinales in tota Republica Christiana
 „na contra hæreticam pravitatem Ge-
 „nerales Inquisitores a sede Apostolica
 „specialiter deputati, audita Libri hu-
 „jusmodi Censura sibi relata, illum
 „tanquam continentem propositiones
 „falsas, temerarias, scandalosas, capi-
 „tiosas, seditiosas, alias damnatas,
 „omnibus Episcopis, Sanctæ Sedi, to-
 „tique Catholicæ Ecclesiæ injuriosas,
 „erroneas, schismaticas, ac hæreticas
 „respective, nec non ad stabiliendum
 „systema Religionis impium, & hære-
 „ticum tendentes, prohibendum &
 „damnandum esse censuerint.

„Hinc est, quod nos de memorato-
 „rum Cardinalium consilio, ac etiam
 „Motu proprio, & ex certa scientia, &
 „matura deliberatione nostris, deque
 „Apostolicæ potestatis plenitudine sup-
 „radictum Librum sub supra expresso,
 „aliove quocumque titulo, ubicumque,
 „& quocumque alio idiomate, seu qua-
 „vis editione, aut versione huc usque
 „impressum, aut in posterum, quod ab-
 „sit, imprimendum, tenore præsen-
 „tium damnamus, & reprobamus, ac
 „legi, seu retineri prohibemus, istius-
 „que Libri impressionem, descriptio-
 „nem, lectionem, retentionem, &
 „usum

„usum omnibus, & singulis Christi fi- Sæc. XVIII.
 „delibus, etiam specifica, & indivi- A.C. 1736.
 „dua mentione dignis, sub pœna Ex-
 „communicationis per contrafacientes
 „ipso facto absque alia declaratione in-
 „currenda, a qua nemo a quoquam
 „(præterquam a Nobis, seu Romano
 „Pontifice pro tempore existente) nisi
 „in mortis articulo constitutus, absolu-
 „tionis beneficium valeat obtinere,
 „omnino interdiciamus“. De cetero
 Courayerus Calviniana sua versione,
 notisque haud aliam, quam non pau-
 ci ejusmodi Cuculati transfugæ retule-
 runt, & ipse mercedem acceperat, scili-
 cet ut cum ita Protestantibus favere
 vellet, ut a Catholicis palam dissenti-
 re nollet, nec his nec illis satisfecerit,
 sed ab omnibus tanquam hypocrita,
 vel idiota, & Calvinianæ simulque Ca-
 tholicæ doctrinæ systema ignorans de-
 rideretur. Denique anno Christi supra
 millesimum septingentesimo quadrage-
 simo sexto Sacræ Inquisitionis Roma-
 næ Congregatio die septima Octobris
 pariter Courayeri Vindicias atro styg-
 mate notavit.

§. LXXI.

*Diversæ summi Pontificis Constitutio-
 nes & decreta.*

Hist. Eccles. Tom. LXXV. Z In-

Sæc. XVIII. Inter tot tantasque turbas, quibus
 A. C. 1736. Clemens Papa identidem jactabatur,
 nequaquam animum oculosque aver-
 tit a paterna sollicitudine, qua utrum-
 que Clerum ad exactam disciplinæ ob-
 servantiam inducere, & subinde suo
 crescentia zizania eradicare curabat.
 Eo tendebat præprimis ejus Constitutio,
 qua die nona Januarii decretum
 Congregationis Episcoporum & Regularium
 die decima sexta Decembris anno
 priori editum confirmavit. Illius
 occasio erat hæc: Pluribus abhinc annis
 in Hispana Congregatione FF. Eremitarum
 discalceatorum S. Augustini abusus
 conferendi nonnullis Religiosis
 Congregationis præfatæ, qui munus
 Ministri Provincialis minime exerce-
 rant, gradus, honores, vocem, privilegia,
 & exemptiones, quibus gaudere solebant
 illi, qui provincialatus hujusmodi munere
 functi fuerunt, cum nomine Provincialium
 honoratiorum irreperat, totumque id in
 detrimentum Regularis observantiæ
 redundabat, ambitionis causam præbebat,
 & in Religionis ruinam tendebat, inter
 Religiosos invidiam concitabat, nec non
 in multis dissidia fovebat, videns non
 esse necessarios labores in Religione
 acquirendis illis honoribus, & exemptionibus,
 qui de jure solum dignis im-
 pertie

pertiebantur, idque aliarum dissensionum causa fuerat.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

Adversus hunc abusum Alphonsus a S. Magdalena dictæ Congregationis Vicarius Generalis reclamans, a S. Congregatione Regularium decretum vi cuius ejusmodi gradus honorarii prohibebantur, obtinuit, illudque ad ejus preces Clemens Papa auctoritate Apostolica confirmavit.

Die etiam decima quarta ejusdem Mensis idem Pontifex in causa Suesfana Jurium Parochialium innovavit S. Congregationis Concilii decretum jam anno supra millesimum sexcentesimo quinquagesimo editum, cuius verba sunt hæc: „Sacra Congregatio Concilii, post maturam discussionem, censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus, habentibus privilegia Apostolica, ut a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive non valeant ministrare personis secularibus Sacramentum Communionis, posse tamen iisdem prohibere, ut personis secularibus die Paschatis non administrant dictum Eucharistiæ Sacramentum, etiamsi dictæ personæ seculares satisfecissent præcepto Ecclesiæ hac de re edito“. Alterum emanavit in causa Mechlinien. anno 1682. quod in

Z 2

sacræ

Sæc. XVIII. sacrae Congregationis Actis ita legitur
 A. C. 1736. adnotatum : „Parochi loci Lovani
 „conquerentes sanctissimum Eucharistiae
 „Sacramentum personis secularibus ministrari a Dominica Palmarum
 „usque ad Dominicam in Albis a Regularibus, & praesertim Societatis Jesu
 „su, praetextu privilegiorum, unde
 „arguunt, juribus parochialibus praescriptum
 „judicium inferri, & Ecclesiae praescriptum
 „tum eludi, cum non desint salso allegantes,
 „rentes, se in Ecclesiis Regularium illi satisfecisse; libellum porrexerunt
 „Sanctissimo Domino nostro, ut hinc
 „malis occurreret, vetando Regularibus, ne praesato tempore dictum Sa-
 „cramentum audeant ministrare. Cum
 „autem Sanctitati suae placuerit ad solvendum
 „gram Congregationem Concilii remittere hujusmodi preces, Patri Procuratori
 „ratori provinciae Belgicae Jesuiticae successive communicatas, proponitur
 „dubium: An Patres Societatis Jesu, & alii
 „alique Regulares possint ministrare sanctissimum
 „Eucharistiae Sacramentum personis secularibus a Dominica
 „Palmarum usque, & per totam Dominicam in Albis.
 „Cui die 31. Januarij ejusdem anni 1682. responsum fuit
 „fuit affirmative, excepto die Paschalis; ita tamen, ut in aliis diebus
 „mentes Eucharistiam a Regularibus ministrari non possint
 „intra

„intra duas hebdomadas Palmarum, Sæc. XVIII.
 „& Paschatis, non satisfaciant præ- A. C. 1736.
 „cepto“.

Præterea summus Pontifex die decima tertia Martii Tertiariis Capuccinis Ord. S. Francisci communicavit illas quoque indulgentias, quæ Fratribus & Sororibus Ord. B. V. Mariæ de Monte Carmelo a Sacra Sede fuerunt concessæ: die autem vigesima secunda ejusdem Mensis idem Pontifex confirmavit Regulas & Constitutiones Collegii sub titulo *Familie Jesu Christi* pro educatione Alumnorum Sinensium & Indorum erecti extra Muros Civitatis Neapolitanæ, necnon Constitutiones Seminarii Corsini pro Italo-Græcis Albanensibus in oppido S. Benedicti de Ullano Bisinicensis Diæcesis fundati. Innovavit etiam die vigesima sexta præfati Mensis Innocentii XI. decretum, vi cuius Græcis cujuscunque status & conditionis prohibitum, ne pecunias peterent, aut alio quovis modo elemosynas pro terra sancta colligerent; cum enim sancta hæc loca Jerosolymitana, in quibus Verbum caro factum est, & nostræ reparationis Mysteria, Deo misere, completa sunt, hætenus administrationi, & custodiæ Sancti Francisci de Observantia a Sancta Sede Apostolica commissa nuperrimis

Z 3

hisce

Sæc. XVIII. hisce diebus a Græcis schismaticis
A. C. 1736. subornatis aulæ Turcicæ ministris de
 manu dictorum Fratrum S. Francisci
 summo latinorum dedecore usurpata
 sint iis, præcipue subsidiis, quæ ex fi-
 delium Christianorum eleemosynis in-
 dem Græci perceperunt; ut huic sce-
 leri modus imponatur, neve ex fide-
 lium pietate schismaticis, & perpetuis
 Ecclesiæ Romanæ hostibus aditus ad
 novas cumulandas injurias aperiatur,
 Sanctissimus Dominus Noster Inocen-
 tius PP. XI. suorum Prædecessorum
 summorum Pontificum vestigiis inhae-
 rendo etiam de Consilio, & Voto Emi-
 nentissimorum, & Reverendissimorum
 DD. S. R. E. Cardinalium Congrega-
 tioni de Fide Propaganda præpositorum
 omnibus, & quibuscumque S. R. E.
 Cardinalibus a latere Legatis, Nuntiis
 Apostolicis, Patriarchis, Archiepisco-
 pis, Metropolitanis, Episcopis, Ab-
 batibus, ceterisque omnibus Ordina-
 riis de utroque Clero sæculari, & Re-
 gulari Ecclesiasticam jurisdictionem
 tam ordinariam, quam delegatam in
 jurisdictionibus, sive suis Diocæsis
 respective exercentibus, in virtute sac-
 ræ obedientiæ injunxit, atque inhi-
 buit, ne de cetero quibuscumque Græ-
 cis tam sæcularibus, quam Ecclesiasti-
 cis, etiam Regularibus quacumque
 Digni-

Dignitate, quamvis Abbatiali, seu Sæc. XVIII.
 Archimandritiali, Episcopali, Metro- A. C. 1736.
 politica, Archiepiscopali, sive Patriar-
 chali fulgentibus tacite, vel expresse
 sub quocumque prætextu permittant
 pecunias quæsturare, vel quovis alio-
 modo eleemosynas a fidelibus petere,
 etiamsi de eorum unione cum Ecclesia
 latina per abjurationem Schismatis &
 fidei Catholicæ professionem in mani-
 bus Episcoporum, vel Inquisitorum
 contra hæreticam pravitatem literis te-
 stimonialibus docuerint, vel per alios
 Episcopos, & locorum ordinarios simi-
 lis quæstuationis facultates in scriptis
 acceperint, vel ad fidem de novo con-
 versi aliorum Schismaticorum iram,
 & insidias effugere conati sint, vel ad
 effectum reparandi Ecclesias ab Infide-
 libus dirutas, & non obstantibus aliis
 quibuscumque prætextibus, & causis:
 Immo potius omnes, & singulas lite-
 ras patentales a quocumque Præsule,
 etiam speciali nota digno, & a Tribu-
 nalibus Curiae Romanæ, & ejusdem
 S. Congregationis de Fide propaganda
 (dummodo contentis in præsentis De-
 creto specialiter, & expresse non fue-
 rit derogatum cum posteriori data) sta-
 tim ac in eorum Ordinariorum manus
 pervenerint, ad Sacram de Fide pro-
 paganda Congregationem transmittant.

Z 4

Cum

Sæc. XVIII.

A. C. 1736

Cum autem postea Clementi Papæ nuntiatum esset, non deesse ex Græcis Schismaticis, qui subdolis artibus, ac ementitis prætextibus Christi fidelium pietatem circumvenientes, in diversis Catholicis Regionibus pecunias questuare, seu eleemosynas colligere præsumunt, iisque ad eorum schisma confovendum, erroresque pertinacius retinendos, necnon ad ipsius veræ Fidei & Catholicorum perniciem contra eorundem fidelium mentem, ac intentionem, nequiter abutuntur, eapropter Clemens Pontifex innovato Innocentii XI. decreto non modo Græcis literas ad collecturam scripto datas revocari, sed eis etiam collectas pecunias adimi præcepit.

Prohibuit quoque die quarta Maii Benedictinis Congregationis Silvestrinæ, ne ad Tribunalia recurrant, nisi prævia appellatione ab Abbate Monasterii ad Abbatem Generalem: die autem decima sexta ejusdem Mensis indulgentias, quæ jam antea Doctrinam Christianam Romæ, in Italia, Insulisque adjacentibus, docentibus vel discipulis concessæ fuerant, ad universos Christi fideles ubicunque locorum existentibus extendit. Fratibus quoque Ordinis Minorum S. Francisci Capucinarum

norum inhibuit decreto vigesima tertia Sæc. XVIII.
 Maij promulgato, ne ab Episcopis in A C. 1736.
 Confessarios ordinarios Monialium de-
 putentur. Die autem prima Junij Con-
 fraternitatem sub invocatione S. Ca-
 tharinæ Senensis ad Archiconfraterni-
 tatem erexit. Insuper Pontifex die
 decima quarta Augusti omnibus & sin-
 gulis utriusque sexus Christi fidelibus
 qui sub horam noctis ad pulsum Cam-
 panæ Psalmum *de profundis*, vel semel
 Orationem Dominicam, & salutatio-
 nem Angelicam cum versiculo *Requiem*
æternam &c. in suffragium animarum
 Christi fidelium defunctorum flexis ge-
 nibus devote recitaverint, quo die ege-
 rint, centum dies de injunctis eis, seu
 alias quomodolibet debitis pœnitentiis
 in forma Ecclesiæ consueta relaxavit.

Insuper eisdem Christi fidelibus ve-
 re pœnitentibus, & confessis, & Sa-
 cra Communione refectis, qui per an-
 num præmissa peregerint, ac pro Chri-
 stianorum Principum concordia, hæ-
 resum extirpatione, ac Sanctæ Matris
 Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum
 preces effuderint, plenariam in uno
 die cujuslibet anni duntaxat per
 unumquemque Christi fidelem ad sui
 libitum eligendo lucrificandam om-
 nium peccatorum suorum Indulgen-
 tiam

Sæc. XVIII. tiam, & remissionem misericorditer in
 A. C. 1736. Domino concessit.

Sub idem tempus nonnulli in dubium vocabant, an status seu Institutum Congregationis Portugallizæ Monachorum Ordinis S. Hieronymi sit Monachale, Benedictus XIII. autem jam anno hujus sæculi vigesimo quinto die vigesima octava Junij declaravit illud illiusque Religiosos inter Monachos vere, & proprie recensendos esse, voluit proinde, ac mandavit Pontifex, ut qui ordini præfato nomen dedissent illumque expresse professi fuissent, pro veris Monachis haberentur, cunctasque de Monachali ejusdem Congregationis Portugallizæ, illiusque Alumnorum appellatione, ac instituto controversias, si quæ excitatæ essent amputari, & removeri jussit, districte præcipiens, ne quis in posterum super hac re illis negotium faceretur, aut litem intenderet, ac alias prout in supradictis Benedicti Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & de verbo ad verbum inserto haberi voluit, uberius continetur.

Ut autem hæc declaratio eo firmior esset, Clemens Papa die decima Novembris illam denuo auctoritate Apostolica

stolica confirmavit: quarto autem post Sæc. XVIII.
 die, ut tollatur in Congregatione Cle- A. C. 1736.
 ricorum Regularium Pauperum Matris
 Dei Scholarum piarum abusus frequen-
 tium appellationum, & recursuum,
 extra eandem Congregationem, quæ
 corruptela in eam sensim invehebatur
 statuit, ut nullus nisi in casibus vel
 in Jure, vel in Instituti legibus con-
 cessis, ita appellare valeat. Deni-
 que Pontifex ad exteras quoque Chri-
 stianæ Reipublicæ terras vigilem suum
 intendit oculum, & præcipue adfuit
 Maronitis, & genti huic, quæ suscep-
 tam a primis Ecclesiæ sæculis Catholi-
 cam fidem inter crebras Infidelium ac
 Schismaticorum vexationes semper pu-
 ram, incorruptamque servaverat; cum
 enim Patriarcha Josephus Gazenus ad
 Papam literas daret, eique significa-
 ret, quorundam perversitate plures,
 easque gravissimas in Ecclesiasticam
 disciplinam irrepsisse corruptelas, his
 perceptis mox Pontifex Josephum Af-
 semanium, Virum illo ævo longe cele-
 berrimum in Syriam Legatum misit,
 qui Kesroani ad Montem Libanum
 Synodum convocavit, in eaque con-
 ditis decretis saluberrimis collabentem Vid. infra
 Maronitarum disciplinam ad pristinum §. 74.
 splendorem revocavit.

§. LXXII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736

§. LXXII.

Lutheranorum querelæ contra demandatum Baptismum parvulorum non ex integro natorum.

*Vid. sup.
tom. 73. pag.
96.*

Jam supra ad annum hujus sæculi vigesimum nonum meminimus, Lutheranis in Silesia a suprema Cæsarea Curia imperatum fuisse, ut infantes non integre natos, qui tamen aliqua sui parte in lucem prodierunt, aqua salutarî tingerent, cum id nec in Augustana Confessione, nec in concordia libro, utpote præcipuis suæ sectæ fundamentis prohibitum legatur: At Silesiæ Prædicantes Catholici Magistratus præcepto morem gerere, haud assueti, textus ex S. Literis male interpretatos, Patrum sententias perperam intellectas, & quorundam Præconum asserta opponebant; nec his contenti, insuper hoc anno prolixo libello supplici hanc in rem Cæsaris aures fatigabant, questi, quod quamvis Imperator ipsis utpote fidelissimis subditis liberum Religionis exercitium, illiusque usum a nemine turbandum pollicitus esset, nihilominus iis instigante Wratislaviensi Vicario Generali, & a suprema Curia Mense Septembri anni supra millesimum septingentesimi

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

trigesimi primi mandato ad Schweid-
nicenses & Jauravianos Magistratus dato in junctum fuisset, ut
omnibus Lutheranis suæ jurisdictioni sub-
jectis obstetricibus sine mora præciperent, quatenus in casu necessitatis infantes
Baptismali aqua tingerent, etiam in casu, ubi infantes non ex integro ex utero Matris
prodierunt, dummodo aqua lustrali perfundi possint: utque hoc mandatum exacte in
usum deducatur Magistratus serio invigilarent. Hoc mandatum minime urgere
sperabant Protestantes, eo quod illud, ut agebant ipsi claris principiis & Canonibus Augustanæ Confessionis, & principio, quod nemo possit renasci vel baptizari, nisi qui perfecte jam sit natus, recta adverteretur, aliunde vero ceteri
Con-Status, ad quos specialiter hoc mandatum fuit directum, illud declinare nisi fuissent: se tamen, prosequerentur, non sine maximo animi mærore intellexisse, quod Lutheranæ obstetricibus eo tempore, quo recipiuntur ad necessitatis Baptismum non integre natis infantibus conferendum juramento fuerint adstrictæ, secus ab hoc ministerio excludendæ, uti ex Schweidnicensi juramenti præscripti formula elucet in hæc verba, *si partus aliqua parte natus repertus fuerit vivus, illum Baptizari volo & debeo.* Præterea querebantur

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

bantur hoc idem mandatum eidem scripto ante quadriennium Wratislaviæ cum approbatione Ordinarii in hujatis Academiæ typographia impresso (*) integre fuisse insertum, & ad illius calcem hæc verba vel maxime offensiva reperiri. *Inde Lutherani inferant, & sciant, quod hucusque non sine conscientie reatu docuerint, & inexcusabili errore egerint, proin deinceps vetulas & obstetrices audirent, & ab eis discerent, necessitatis esse, ut infantibus nondum per se natis Baptismus conferatur &c.* Id eo magis, exponebant illi, grave ipsis accidere, quo manifestius liberum Religionis exercitium fidelissimis Augustanæ Confessionis Statibus & subditis a sua Majestate Cæsarea clementissime indultum exinde labefactetur, & propterea suarum partium esse, ut has novitates sibi non sine maximo damno imputatas denuntiarent, & quidem

Querebantur I. hoc mandatum sine præscitu, approbatione & jussu Sacræ Cæsareæ Majestatis, sed unice ad petitionem Ordinarii Wratislaviensis fuisse pro-

(*) Hujus scripti titulus erat: *Solida confirmatio Lutherani principii, vi cujus infantes non ex integro nati sine recepto necessitatis baptismo salvari possent.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

promulgatum, huic autem in ejusmodi casibus quicquam statuendi jus non competere. II. In Cæsareo Statuto & præscripto circa liberum Religionis exercitium Augustanæ Confessionis additis Statibus & Incolis in hac Regione indultum Viennæ die sexta Septembris anno 1707. promulgato diserte sancitum esse, *ut causæ matrimoniales, & adia &c. Religionem concernentia, vel omnino non ad Catholicorum Consistoria adducantur, vel saltem secundum Canones in Augustanâ Religione receptos dijudicentur.*

III. Augustanæ autem Confessionis Ecclesiam uno ore & calamo (*) in om-

(*) Ettamen Joannes Samuel Otten Tor-gaviensis Præco ipse ejusmodi infanti Baptismum anno 1739. contulit, & quod plus est, postquam Joannes Schroeren alius Præco edito libello ejusmodi Baptismum irritum esse statuit, ipse Otten hunc impugnavit alio scripto, in quo ostendit, hunc necessitatis Baptismum nec Dei Verbo nec Ecclesiæ disciplina esse prohibitum, idem etiam alius Præco stabilivit in suo libro: cui titulus: *Jus tertii in causa Otto-Schroerriana*, cui etiam sententiæ haud obscure suffragabantur Auctores innocuarum relationum: Quis horum Evangelii & Augustanæ Confessionis sensum genuinum in re tam magni momenti rite affectus est?

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

omnibus locis & Religionibus, ubi publice exercetur, statuere, quod Baptismus duntaxat perfecte natis conferendus sit, proin non ex integro, aut duntaxat uno membro natis non sit applicandus.

IV. In Saxonice Ecclesie statuto (quod a multis abhinc annis in Silesia ab Augustanæ Confessione additis in emergentibus casibus in usum fuit deductum) articul. gener. 6. tit. de Baptismo necessitatis ita sancitum esse: *Ecclesie Ministri Obstetrices sedulo instruant, ne ullum infantem vel adhuc in utero Matris, vel non integre in lucem editum baptizarent; cum enim Baptismus sit sacramentum regenerationis, natura Sacramenti exigit, ut infans, cui Sacramentum Regenerationis est administrandum, prius sit generatum, illæ tamen quæ in ejusmodi necessitatis casu præsentibus sunt, Matrem & infantem Omnipotenti Deo per fervidas preces commendent, ut Deus Matrem adjuvet, & infantem clementer sibi committendum habeat.*

V. Reliqua aliarum Lutheranarum conditionum ritualia in hoc consentire, & duntaxat perfecte natos ad Baptismum necessitatis admittere. VI. Lutheranos Juris Ecclesiastici Scriptores tam Theologos, quam Jureconsultos pariter in hoc convenire.

VI. Id a fidelissimis Cæsare suæ Sæc. XVIII.
 Majestatis Statibus & tam superioris A. C. 1736.
 quam inferioris Silesiæ Lutheranis
 subditis semper fuisse observatum, ac
 insuper Lutherana Consistoria in Lig-
 niensi, Brigano, & Wolaviano Prin-
 cipatibus, necnon Consistorium in Ols-
 nano & Bernstatensi Principatu super
 praxi in hac caussa, quotiescunque ex-
 quirentur, attestatura, sicut etiam in
 statuto Wratislaviensi die vigesima pri-
 ma Aprilis anno 1700. art. 44. de Ob-
 stetricibus sancitum esse, *ne ulli infanti
 Baptismus necessitatis conferatur, nisi sit
 perfecte natus & ab utero Matris avulsus,
 nec ulli, de quo dubium, an vivat.*

VIII. Nec obstare id, quod Curia
 Wratislaviensis opposuit, scilicet, de
 hac doctrina nil *verbotenus* in Augusta-
 na Confessione nec in libro Concordiæ
 præceptum aut statutum esse, eo quod
 implicite ibi contineretur; cum enim
 in præfatis libris symbolicis S. Baptis-
 ma vocetur Balneum regenerationis
 necesse esse, ut infans perfecte prius
 sit generatus, quam spiritualiter rege-
 neretur, quia qui natus adhuc secun-
 dum Adam non est, renasci secundum
 Christum non potest. Juxta C. 15. de
 consecr. distinct. 4.

Hist. Eccles. Tom. LXXV. A a IX.

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

IX. Religionis exercitium clementissime indultum nunquam ad nuda verba Augustanæ Confessionis fuisse restrictum, sed prout allegata formalia in vim legis perpetuo valituræ publicæ Cæsareæ sanctionis sonant, controversias secundum Canones NB. in Augustanæ Religione receptos dijudicandas esse, ad id vero sine dubio dogma generaliter ab omnibus Lutheranis receptum de non baptisandis infantibus ex parte saltem editis referendum esse.

His expositis rogabant Cæsarem, ne ipsis imputetur, ut sese hac in re a suæ sectæ addictis, & principiis suæ Religionis segregarent, inde enim graves lamentationes, tumultus & scandala oritura, aliunde Cæsaream suam Majestatem die 21. Januarii anno 1700. indulgisse, quod si taxa stolæ Catholicæ Parochis a ceteris suis Augustanæ Confessionis Parochianis pro veteri more fuerit soluta, tunc hi Lutherani nec ad exercitium quoad cæremonialia, nec NB. a quocunque ad ullum in sua Religione non consuetum actum cogentur. Eo ex capite ab ejusmodi novitatibus liberari, & præcipi petebant, ut hoc mandatum denuo abrogetur, & Lutheranæ obstetrices ad præfatum juramentum non adstringantur, ac denique Lutherani in dogmatum

tum omnibus Augustanæ confessioni ad-Sæc. XVIII.
dictis communium usu non perturbentur &c. A. C. 1736.

Præter hunc libellum supplicem quidam Præco Magdeburgensis in defensionem erroris edidit librum, cui titulus: *iniquitas Baptismi non integre natis conferendi, occasione novitatis in fide nuper Lutheranis Silesitis eapropter impostæ, ex Verbo Divino, antiquis Ecclesiæ Doctoribus, & Romano Catholicis scriptoribus demonstrata.* Totum hoc Auctoris opus huic innititur hallucinationi, quod existimet, infantem, qui principali parte corporis v. g. capitis, humeri, pectoris, scapulæ, brachii &c. in lucem extra Matris uterum prodiit, vere, quantum ad rem attinet, natum non esse; cum autem totum corpus ablui non sit necesse, sed duntaxat caput, vel partem æque principalem, ad valide conferendum baptismum sufficit, ut vere dici possit infantem quoad talem partem esse simpliciter, licet non integre natum, ita ut si mors immineret & prominens caput in quo fundantur omnes sensus, aqua baptismali tangi valeat, absolute, & si duntaxat alia pars, conditionate baptizari debeat. Perperam quoque Auctor allegavit S. Augustinum, aliosque Ecclesiæ Patres, cum hi duntaxat improbent Baptismum

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

collatum Matri pro puero, quem in utero gestat, quod Baptisma utique S. Augustinus contra Julianum reject, ita nempe nulli unquam sæculo defuerant, qui antiquas Ecclesiæ doctrinas vel de industria vel ex ignorantia obscurarent.

§. LXXIII.

Religionis Status in Japonicæ Regno.

Quantumvis Missionarij in Japonicæ Regno ob inhumanas vexationes publice suis ministeriis fungi haud possent, Apostolicus tamen eorum fervor restingui non poterat, quominus paucos illos Catholicos, qui cruentum Mandarinorum ferrum ac rabiem effugerunt, & in sinu cordis sui Christianam veritatem fovebant, clam Sacramentorum administratione pascere, & ad fidei constantiam animarent: Parum tamen absuit, quin Evangelicus eorum labor penitus in irritum caderet, oborta gravi dissensione, cui ansam, quamvis præter opinionem suam, præbuit quidam Episcopus Barnabita; qui a S. Congregatione de Propaganda fide Roma eo ablegatus, quosdam Ecclesiæ ritus a Gallicis Missionariis hucusque in vestros partim immutare, partim penitus abolere tentabat; cum ergo
nova

nova inde dissidia enasci possent, hoc Sæc. XVIII.
 anno P. Antonius de la Courte Missio- A. C. 1736.
 narius, ac Gallicæ Missionis Minister
 Romam contendit, qui de totius Mis-
 sionis statu rationem reddens, præfatæ
 S. Congregationis Cardinalibus libel-
 lum supplicem obtulit, in quo illos de
 innovatione a dicto Episcopo facta, &
 de periculo inde pertimescendo edocuit:
 Re igitur maturius pensata Pontifex
 opportuno remedio utrique parti satis-
 fecit.

§. LXXIV.

*Statuta Nationalis Synodi Maro-
nitarum.*

Affidua Clementis XII. sollicitudo
 Pastoralis ad ipsas etiam Orienta-
 les Ecclesias hoc anno sese extendit:
 Exstat gens Catholica in Phœnicæ ter-
 ris, quæ præcipue Montem Libanum
 incolit, & sese in Syriam, Syro-Phæ-
 niciam, Tripolin, Alepum, Bery-
 thum, Sidoniam & Cypri Insulam ex-
 tendit. Vocantur hi populi Maronitæ,
 a S. Marone Abbate, qui eos in fide
 Catholica circa annum Christi quadrin-
 gesimum instituit, multasque Mo-
 nachorum, qui postea sese S. Antonii
 Regulæ addixerunt, ædes construxit:

A a 3

Post-

Sæc. XVIII. Postquam vero Macedonij, Appollina-
A. C. 1736. ris, Nestorij, Eutychetis &c. hære-
 ses universam Syriam infecerant, Ma-
 ronitæ pariter cum aliis velut rapido
 quodam torrente in errorum colluuiem
 præcipitati fuerant, donec tandem jam
 an. sæculi duodecimi trigesimo pri-
 mo sese Innocentii II. Pontificis obse-
 quio dicarent, & sub Lucio III. Papa cir-
 ca annum Domini millesimum centesi-
 mum octogesimum secundum in mani-
 bus Aimerici Latini Antiocheni Patri-
 archæ palam una omnes fidem Catho-
 licam profiterentur. Ab eo tempore
 semper ad confusionem aliorum Sy-
 riæ populorum constanti fide Sa-
 cræ Sedi addictissimi remansere: Hanc
 tamen gloriam huic nationi, simulque
 Ecclesiæ Romano-Catholicæ non pau-
 ci ex scriptoribus A catholicis invident,
 ac memores infamiæ, qua eorum secta
 a Græcorum Synodis præsertim sub Je-
 remia & Cyrillo Berrhoensi, ac Par-
 thenio Patriarchis Constantinopolitanis
 necnon sub Dositheo Patriarcha Hiero-
 solimitano affecta fuerat, ultionis stu-
 dio in suis libellis spargunt, Maronitas
 non ob *veritatis desiderium*, & *doctrinæ*
unitatem, sed *propter speratam Pontificis*
contra Turcas opem sese Romanæ Eccle-
 siæ addixisse, de reliquo autem illos
 potissimam partem cum ceteris Orien-
 talium

talium sectis convenire, & non nisi pauca cum Romano-Catholicis habere communia, eo quod Missam in lingua Syriaca vel Arabica celebrent, Eucharistiam sub duplici specie administrant, Sacerdotes sint conjugati &c. Verum in hoc an malitiam magis Lector miretur, an inscitiam ac stoliditatem, anceps dubiusque hæret; Ergone unitas fidei Catholicæ consistit in Sacerdotum cælibatu, sumptione unius speciei aut in Missa latine dicta? Quis in Ecclesiæ Historia adeo peregrinus est, qui nesciat, has res non ad fidei dogma, sed ad Ecclesiæ disciplinam pertinere hancque salva unitate fidei, uniusque Ecclesiæ universalis integritate diversam in diversis Ecclesiis particularibus, ipso supremo Ecclesiæ Capite id approbante aut permittente, esse posse? Maronitæ æque ac alii Orientales in patria sua lingua Romæ in ipsa etiam Basilica Vaticana Divi Petri Missam publice celebrant, quin ullus eos propterea ab unitate Ecclesiæ Catholicæ vel in minimo dissentire somniasset. Pudet & tædet, tam inceptorum criticorum inscitiam in re adeo manifesta exagitare; si enim hi vel levi hujus rei notitia tincti essent, utique scire possent, Maronitas perfectam cum Ecclesia Romana unionem sæpius

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

Unparth.
Kirchens.
Histori
fortsetzung
III. p. 588.

Sæc. XVIII. cum suis Patriarchis innovasse, & qui
 A. C. 1736. dem anno 1469. cum Paulo II. anno
 1526. & 1531. cum Clemente VII. an-
 no 1577. & 1584. cum Gregorio XIII.
 cum Clemente VIII. anno 1596. cum
 Paulo V. anno 1612. PP. qui postremus
 pro eis etiam Romæ Collegium funda-
 vit, certe non pro Schismaticis, aut
 ab unitate Ecclesiæ Romanæ abscissis:
 Quam crassa autem illa ignorantia, qua
 sine fronte scribitur, Maronitas sub
 duplici specie S. Eucharistiam admini-
 strare, eorumque Sacerdotes esse con-
 jugatos? cum tamen matrimonium eis
 sit summopere inhibitum, præcipue eo-
 rum Episcopis, quos dignitatis sue
 eminentia severius a conjugio arcet, &
 si paucissimi ex eorum Sacerdotibus
 conjuges habent, jam ante susceptos
 Ordines conjugati erant, & eorum
 Monachi, præter quos & ceteri Sa-
 cerdotes. pariter cum ceteris Occi-
 dentis Regularibus votum castitatis
 profiteantur: Sed relinquamus insula-
 sos hos Aristarchos sua somniare som-
 nia; venia digni esse videntur; cum
 enim ex sectæ suæ instituto fidei unita-
 tem, quam in sua Ecclesia incassum
 quærent, Romanæ etiam Ecclesiæ in-
 videre teneantur, eam tamen solida ra-
 tione impugnare nequeant, identidem
 ad antiquum, quem a suis primis Ma-
 gistris

*Moreri Diss.
 V. Maroni-
 tes.*

gistris edocti sunt, errorem recurrunt, Sæc. XVIII.
 quo disciplinam Ecclesiæ, ejusque ri- A. C. 1736.
 tus cum fidei dogmate confundunt, &
 ex adoptato hoc errore in alios æque
 crassos præcipites ruunt, simulque vel
 suam ignorantiam, vel perversum ca-
 lumniandi, & quod ignorant, blas-
 phemandi pruritus manifestant.

Porro Maronitæ Monachi olim in
 Monte Libano plusquam quadraginta
 habebant monasteria, ex quibus tamen
 potiora a Turcis fuere devastata; plu-
 ra tamen eorum adhuc ab exacta Mo-
 nachorum disciplina & pietate inclares-
 cunt: Doctus quoque ejusmodi Mona-
 chus, qui per septem annos Romæ
 agebat, celebrem typographiam anno
 1730. secum ad Montem Libanum de-
 tulit, atque in Arabico idiomate jam
 plures libros edi curavit. Ceterum hi
 Monachi occurrentibus quandoque du-
 biis aut controversiis utuntur opera,
 consilio & arbitrio PP. Carmelitarum
 Discalceatorum, qui Aleppi, Tripoli
 &c. habitant, ad quorum Conventum,
 qui vulgo Mar-Elicha vocatur, anno
 1635. Galcup de Chasteuil Nobilis in
 Provincia natus, Vir pietate ac doctri-
 na insignis, vitæ solitariæ & austeræ
 studio ex Monte Libano secessit, ibi-
 demque die decima quinta Maij anno
 A a 5 1644.

Sæc. XVIII. 1644. mortuus suos libros a se elucubratos præcipue sua commentaria in Scripturam præfatis PP. Carmelitis reliquit.

Cum autem injuria temporum, & quorundam perversitate sensim primævæ institutionis fervor & disciplinæ Ecclesiasticæ observantia declinaret, indeque plures corruptelæ, lites & controversiæ pacem interturbantes inter Monachos & populos irreperent, hinc ipsimet Patriarchæ, Archiepiscopi, ac hujus Nationis Episcopi, Abbates & Monachi pro opportuno remedio sæpius ad S. Inquisitionem Romanam, & Congregationem de Propaganda recurrerunt, utque universalior firmiorque esset disciplinæ restauratio, hoc anno Nationalem Synodum celebrare decrevere. Eo fine datis ad Papam literis Josephum Simonium Assemanium ejusdem Nationis Præsulem Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum, & Basilicæ S. Petri Canonicum ablegari petierunt, ut Pontificis nomine proximæ Synodæ præesset. Annuit Clemens XII. piæ eorum votis, & præfatum Assemanium in Orientem transmisit: Ineunte ergo Mense Octobri hoc anno convenere Josephus Patriarcha Antiochenus, quatuordecim Episcopi Maronitæ, & Syri, totidem Armeni, Abbates & regula

gulares quam plurimi, qui in Ecclesia Sæc. XVIII.
 B. M. Virginis de Loaisa Montis Li- A. C. 1736.
 bani Monachorum S. Antonii huic Syn-
 nodo initium fecere: Quæ autem ibi-
 dem pertractata ac definita fuerint,
 cum Benedictus XIV. qui hanc Synodum
 anno 1741. die prima Septembris
 confirmavit, exacte in sua Constitutio-
 ne describat, hanc ad verbum huc in-
 ferere lubet.

„Quantum (sunt verba hujus doc-
 „tissimi Pontificis) ad Catholicæ Reli-
 „gionis veritatem illustrandam, confir-
 „mandamque, quantum ad ecclesiasti-
 „cæ disciplinæ observantiam procuran-
 „dam, quantum ad Christianæ pieta-
 „tis, & sanctimonix studium promo-
 „vendum prodesse hujus modi Cætus,
 „& Synodi, satis superque experimento
 „comprobavit ipsa antiquitas. *Qua sa-
 „ne ex causa, inquit Sanctus Martyr,
 „& Episcopus Cyprianus, necessario
 „apud nos fit, ut per singulos annos senio-
 „res, ac Præpositi in unum conveniamus ad
 „disponenda ea, quæ curæ nostræ commissa
 „sunt, ut si quæ graviora sunt, communi
 „consilio dirigantur. Eapropter Tridenti-
 „na Synodus præcepit, ut Concilia
 „quidem Provincialia, sicubi omissa
 „fuisent, pro moderandis moribus,
 „corrigen-
 „dis excessibus, controversiis*
 „com-

Sæc. XVIII „componendis, aliisque ex Sacris Ca
 „A. C. 1736. „nonibus permiffis, quolibet faltem
 „triennio, Diœcefanæ vero Synod
 „quot annis renovarentur.

„Etsi autem Venerabiles Fratres
 „Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi
 „aliique pro tempore existentes Inclytæ
 „Nationis Maronitarum, quæ ab ipsâ
 „sua origine Orthodoxam Romanam
 „fidem professa semper intactam ab in-
 „fidelibus, Hæreticis, Schismaticis
 „undique circumfidentibus cultore
 „atque Apostolicæ huic Sanctæ Sedis
 „arctissime adhærere, debitaque obe-
 „dientia obsequi studuit, ac pergit,
 „Coetus, & Synodos ejusmodi veluti
 „in speciem inter se celebrare non desi-
 „terint; nunquam tamen apud illos
 „Provinciale, seu totius Nationis Con-
 „cilium habitum fuisse constat. Quo
 „factum fuit, ut, cum nonnulla ad dis-
 „ciplinam Ecclesiasticam potissimum
 „spectantia sensim a primæva institutio-
 „ne, ac splendore declinare viderentur
 „ad eadem sustinenda reparandaque ad-
 „sidue per Congregationum Venerabi-
 „lium Fratrum S. R. E. Cardinalium,
 „tum generalis adversus hæreticam
 „pravitatem Inquisitionis, tum Propa-
 „gandæ Fidei decreta super propositis
 „dubiis, & exortis controversiis edita,
 „quan-

„quantum fieri potuit, confuleretur. Sæc. XVIII.
 „Quæ certe providentia jam dudum ini- A. C. 1736.
 „ta, ac servata, & si quodammodo
 „salutaris, haud tamen satis visa fuit
 „modernis Venerabilibus Fratribus Jo-
 „sepho Petro Patriarchæ Antiocheno,
 „cæterisque Archiepiscopis, & Episco-
 „pis ejusdem Nationis Maronitarum,
 „ut votorum suorum compotes fierent.
 „Quamobrem per supplices literas exi-
 „miis singularis erga Apostolicam hanc
 „Sanctam Sedem reverentiæ, & obe-
 „dientiæ notis insignes, iterum atque
 „iterum datas, non modo abusus sen-
 „sim irreptos, ac controversias, & con-
 „fusiones pacem plerumque intertur-
 „bantes, e medio tollendas significa-
 „bant; verum enixis etiam precibus
 „tandem postularunt, ut ad gravissi-
 „mum hujusmodi negotium cum ejus-
 „dem Nationis decore atque utilitate
 „conficiendum, adlegare dignaretur
 „Apostolica Sedes Dilectum Filium Jo-
 „sephum Sinonium Assemanium, ejus-
 „dem Nationis Virum, primæ in Bib-
 „liotheca nostra Vaticana Custodiæ
 „Præfectum, Canonicum Basilicæ Prin-
 „cipis Apostolorum de Urbe, Magi-
 „strum in utraque Signatura nostra Re-
 „ferendarium, Prælatum domesticum,
 „& intimum Cubicularium nostrum,
 „quem triginta fere abhinc annis No-
 „bis

Sæc. XVIII. „bis notum, & acceptum, tum prop
 A. C. 1736. „ter obsequia sua in earumdem Congre-
 „gationum Inquisitionis, & Propagan-
 „dæ Fidei negotiis Nationum Orienta-
 „lium expediendis laudabiliter præsti-
 „ta & tot volumina, de Orientalibus
 „præsertim, aliisque rebus, jam typis
 „edita, plurimi facimus.

„Itaque fel. record. Clemens PP.
 „XII. Prædecessor noster, ex ejusdem
 „Congregationis Propagandæ Fidei
 „consilio, supplicationibus hujusmo-
 „di inclinatus, laudatum Josephum Si-
 „monium, tum suis Apostolicis in si-
 „mili forma Brevis literis, tum decre-
 „to, & Instructione super nonnullis ar-
 „ticulari peculiari reformatione dignis
 „habitis, & facultate Synodum Pro-
 „vincialem, seu totius Nationis, si opus
 „fuiſſet, congregandi instructum, ab-
 „legare dignatus fuit. Hic autem se-
 „cundis ejusdem Clementis Prædeceſ-
 „soris jussibus, ea, qua decebat, obe-
 „dientia obtemperans, Orientem con-
 „tendit. Postquam ad Libanum Mon-
 „tem accessit, Apostolica Mandata
 „decreta, & Instructionem dictæ Con-
 „gregationis in Apostolicis literis, &
 „decretis, ut præmittitur, contenta
 „iisdem Josepho Petro Patriarchæ
 „aliisque Præsulibus Maronitis expo-
 „sita.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

„fuit. Quibus omnibus cum venera-
„tione Apostolicæ Sedi debita excep-
„tis, lectisque, unanimi consensu sta-
„tutum fuit, ut Synodus hujusmodi
„haberetur, in qua non solum recita-
„rentur, atque observanda propone-
„rentur decreta, & ordinationes dictæ
„Congregationis Propagandæ Fidei;
„verum etiam alia decreta, & canones,
„si aliquo pacto id ad Ecclesiasticam
„Disciplinam cum ejusdem Nationis
„laude reformandam illustrandamque
„necessarium, atque opportunum fuif-
„set visum, conderentur.

„Interea variis prolusionibus, &
„congressibus ante peractis, synodus
„hujusmodi, quæ jam indicta fuerat,
„in Ecclesia sub Invocatione Beatæ Vir-
„ginis Mariæ Immaculatæ Monasterii
„de Loaisa Dilectorum Filiorum Mona-
„chorum Sancti Antonii Congregatio-
„nis Montis Libani in Provincia Chef-
„roanensi Phœnicia convocata fuit. In
„ea sane, præter Patriarcham, & Ab-
„legatum hujusmodi, interfuerunt Ar-
„chiepiscopi, & Episcopi, nimirum
„quatuordecim Maronitæ, duo Syri,
„& totidem Armeni, Abbates Genera-
„les Monachorum tum Sancti Antonii
„Congregationis Montis Libani, tum
„Sancti Isaiaæ, singuli cum quatuor dif-
„finito-

Sæc. XVIII
A. C. 1736.

„finitoribus, & aliis Abbatibus locali-
„bus, tam ejusdem Congregationis
„Montis Libani, quam Monasteriorum
„antiqui Instituti, locum tenens custo-
„diæ Hierosolymorum, ac totius Ter-
„ræ Sanctæ, Apostolici Missionarii om-
„nium Ordinum, qui in Syria, & Pa-
„læstina commorantur, nempe Sancti
„Francisci Minorum de observantia, &
„Capucinorum, Sanctæ Mariæ de Mon-
„te Carmelo excalceatorum nuncupa-
„torum, & Clerici Regulares Societa-
„tis Jesu, ac quamplures Archipresby-
„teri, Parochi, Presbyteri, Theologi,
„Collegii Pontificii de Urbe olim Alum-
„ni, alique Clerici, Monachi, Princi-
„pes, ac Magnates Gazeni, Hebraici,
„& aliarum Familiarum insignium Mon-
„tis Libani, & Antilibani.

„Antedicti omnes in sessionibus,
„tam matutinis, quam vespertinis, tri-
„gesima mensis Septembris, ac prima,
„& secunda diebus mensis Octobris an-
„ni 1736. habitis, insimul convenien-
„tes, postquam recitata & proposita
„fuerant decreta, canones, & articu-
„li juxta instructionem dictæ Congre-
„gationis Propagandæ Fidei, ut præ-
„mittitur, in Synodo hujusmodi con-
„dita, & contenta, non solum omnia,
„& singula comprobarunt, laudaverunt
„que

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

„que, iisque omnes, & singuli, qui
 „suffragium, & votum habebant, alii-
 „que subscripserunt; verum etiam lite-
 „ras, quibus & ea, quæ gesta erant,
 „significabant, & ipsum Ablegatum
 „propter suum zelum, prudentiam,
 „doctrinam, pietatem, sapientemque
 „in rebus gestis habitam rationem,
 „maximopere commendabant, diebus
 „tertia, quarta, quinta, septima &
 „decima quinta ejusdem mensis, & an-
 „ni datas, ad Clementem Prædecesso-
 „rem præfatum, & sæpeditam Con-
 „gregationem perferendas curarunt;
 „suppliciter exoptulantes, ut Synodus
 „hujusmodi, prævio Apostolicæ hujus
 „Sanctæ Sedis examine, censura, &
 „correctione, quatenus necessitas exe-
 „gisset, Apostolica auctoritate appro-
 „bata, & confirmata, Typis etiam
 „Arabicis dictæ Congregationis Pro-
 „pagandæ Fidei in lucem prodiret.

„Interea, dum ipse Joseph Simonius
 „Ablegatus Instructioni memoratæ Con-
 „gregationis, & bo. mem. Felicis Car-
 „dinalis Zondadari, dum viveret, Na-
 „tionis Maronitarum Protectoris, &
 „hujusmodi ad Montem Libanum Ab-
 „legationis Ponentis, mandatis obtem-
 „peraturus, & iis, qui in dicta Syno-
 „do suffragati fuerant, morem gestu-
 „ris

Sæc. XVIII. „rus, statim nonnulla in quibusdam
 A. C. 1736. „articulis, ut præmittitur, contenta,
 „ac primum hic Romæ, deinde in me-
 „morata Synodo jam discussa atque de-
 „creta, executioni mandanda curat,
 „ac præsertim omnimodam Monialium
 „a Monachis separationem; non levis
 „eundem Abligatum inter, & Patriar-
 „cham, quoad modum separationis,
 „emerfit dissensio. Accessit deinde con-
 „troversia de inhibita quacumque vel
 „modica pecuniæ summa aut aliarum
 „rerum contributione, tum in Sacro-
 „rum Oleorum distributione, tum in
 „Sacrorum Ordinum collatione, Pa-
 „triarchæ, aut Episcopis alias solvi, &
 „erogari solita. Demum de statuta
 „uniuscujusque propriæ Ecclesiæ An-
 „tistitis firma incardinatione, & Epis-
 „copatum ad certum numerum, juxta
 „solum ab ipso Patriarcha, Archie-
 „piscopis, & Episcopis subscriptum,
 „reductione, dissidium erupit. De his-
 „ce omnibus idem Patriarcha, & per
 „suas literas anno 1737. scriptas, & per
 „suum Nuntium anno 1738. hanc Ab-
 „bam Urbem assequutum, Apostoli-
 „cam Sedem consuluit.

„Narratis autem, relatisque prius
 „in sæpedita Congregatione Propri-
 „gandæ Fidei non semel habita, quam
 „pluri-

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

„plurimis, tum quoad puncta in ante-
 „dictis articulis contenta, tum quoad
 „auctoritatem legitimitatemque Syno-
 „di præfatæ, rationum momentis hinc
 „inde adductis, & accuratissime ex-
 „pensis; audita tum Venerabilis Fra-
 „tris Gabrielis Eva Archiepiscopi Cy-
 „pri Maronitæ, tum Dilectorum Filio-
 „rum Thomæ Budi Abbatis Generalis
 „Monachorum Sancti Antonii dictæ
 „Congregationis Montis Libani, &
 „Pompilii Rodata in Bibliotheca nostra
 „Vaticana Græci Scriptoris, & de re-
 „bus Orientalibus non ignari, quibus
 „Synodus præfata revidenda, & exa-
 „minanda commissa fuerat, relatione;
 „particularem Congregationem eorum-
 „dem Venerabilium Fratrum nostrorum
 „Propagandæ Fidei jam a Nobis depu-
 „tatam, coram nobis die 27. proxime
 „elapsi mensis Augusti, ponente Dile-
 „cto pariter Filio nostro Vincentio S.
 „R. E. Cardinali Petra ejusdem Con-
 „gregationis Propagandæ Fidei Præfe-
 „cto, in locum Dilecti itidem Filii no-
 „stri Caroli S. R. E. præfatæ Cardina-
 „lis Rezzonici Ponentis absentis suffe-
 „cto, habendam indiximus.

„Proposita fuerunt in Congregatio-
 „ne hujusmodi dubia, quæ sequuntur.

- I. *An constet de legitimitate dictæ Synodi?*
 B b 2 II.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

II. *An Canon quoad cohabitationem prohibitam Monialium, seu Mulierum, cum Monachis, susineatur, vel quomodo moderandus?* III. *An Canon prohibens Patriarchæ quamcumque exactionem in distributione Olei Sancti Parochis, susineatur, & mereatur confirmationem?* IV. *An Canon quoad residentiam Episcoporum Maronitarum in propriis Titulis Ecclesiasticis Episcopaliis, sit approbandus; & quid quoad Appendicem Synodi Cap. 41. in qua adest divisio sedium Episcopaliis, cum limitibus Diœcesum Maronitarum, pro distributione Diœcesum in tot Episcopos, ita ut non possint amoveri a Patriarcha?* V. *An sit consulendum Sanctissimo pro approbatione dictæ Synodi etiam per Breve Apostolicum?* „Ad quæ sane dubia, omnibus sedulo expensis, per eosdem Cardinales responsum fuit. Ad primum. *Constare de legitimitate Synodi, omnibus suffragantibus.* Ad secundum. *Pro approbatione Canonis, citra tamen approbationem Monasteriorum.* Ad tertium. *Approbandum; & ad Sanctissimum, qui dignetur alio modo providere Domino Patriarchæ.* Ad quartum. *Pro approbatione Canonis demandantis Residentiam Episcoporum in Appendice Cap. 41. in quo proponuntur Metropolitanorum, & Episcoporum Maronitarum sedes, & limites.* Ad quintum.

tum. *Ad Sanctissimum, qui dignetur approbare Synodum, cum Breui Apostolico.* Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

„Hinc est, quod nos, qui in sublimi
 „Sacrosancti Apostolatus specula per
 „Divinæ bonitatis abundantiam consti-
 „tuti, nihil optamus impensius, quam
 „ut per universam Catholicum Orbem
 „Evangelizemus, & dogmata Ortho-
 „doxæ Fidei omnes Christi-fideles edo-
 „ceamus, & Ecclesiasticæ Disciplinæ
 „præcepta intacta sanctissime servanda
 „curemus: Eapropter, omnibus, &
 „singulis dissidiis, controversiis, dis-
 „sensionibus, cæterisque quibuscum-
 „que, quæ ad hanc usque diem super
 „præmissis omnibus quocumque pacto,
 „& quomodolibet excitata fuerunt,
 „perpetuum silentium imponentes; nec
 „non omnium, & singulorum supra
 „memoratorum Patriarchæ Ablegati,
 „Archiepiscoporum, Episcoporum, cæ-
 „terorumque Nationis Maronitarum
 „hominum votis hac in re, quantum
 „cum Domino possumus, favorabiliter
 „annuere, eorumque singulares perso-
 „nas specialibus favoribus, & gratiis
 „prosequi volentes, atque Apostolicis
 „laudibus commendantes, & a qui-
 „busvis excommunicationis, suspensio-
 „nis, & interdicti, aliisque ecclesiasti-
 „cis sententiis, censuris & pœnis a ju-
 „re,

B b 3

„re,

Sæc. XVIII, „re, vel ab homine quavis occasione,
 A. C. 1736. „vel causa latis, si quibus quomodoli-
 „bet innotatæ existunt, ad effectum
 „præsentium duntaxat consequendum,
 „harum serie absolventes, & absolutas
 „fore censentes; supplicationibus eo-
 „rundem nomine nobis super hoc hu-
 „militer porrectis inclinati, de eorun-
 „dem Venerabilium Fratrum nostrorum
 „S. R. E. Cardinalium consilio, Syno-
 „dum hujusmodi, omniaque & lingu-
 „la in ea, ut præmittitur, edita Sta-
 „tuta, Decreta, Ordinationes, & Ca-
 „nones, auctoritate Apostolica tenore
 „præsentium confirmamus, & approba-
 „mus, illisque inviolabilis Apostolicæ
 „firmitatis robur adiicimus; ita tamen
 „quod per nostram prædictæ Synodi
 „confirmationem nihil derogatum esse
 „censeatur Constitutionibus Romano-
 „rum Pontificum Prædecessorum nos-
 „trorum, & Decretis Conciliorum Ge-
 „neralium super Ritibus cæterarum
 „quarumcumque Nationum, sive spe-
 „cialiter, sive generaliter factis, que
 „non obstante hujusmodi confirmatio-
 „ne, in suo robore permanere debeant;
 „ac salva semper in præmissis auctori-
 „tate dictæ Congregationis Propagan-
 „dæ Fidei, nobis tamen, ac successo-
 „ribus nostris Romanis Pontificibus
 „toties

„toties , quoties opus fuerit , super **Sæc. XVIII.**
 „præmissis omnibus prius consultis. **A. C. 1736.**

„Decernentes easdem præsentis li-
 „teras , ac Synodum , in eaque edita
 „Statuta , Ordinationes , decreta , &
 „Canones huiusmodi semper firma , va-
 „lida , & efficacia existere , & fore ,
 „suosque plenarios . & integros effec-
 „tus fortiri , & obtinere , ac ab omni-
 „bus & singulis , ad quos spectat , &
 „pro tempore quodocumque spectabit ,
 „in omnibus , & per omnia inviolabili-
 „ter , & inconcusse observari : sicque
 „in præmissis per quoscumque Judices
 „Ordinarios , & Delegatos , etiam Cau-
 „sæ Palatii Apostolici Auditores ,
 „judicari , definiri , atque interpretari
 „debere , ac irritum , & inane , si secus
 „super his a quoquam , sive Patriar-
 „cha , Archiepiscopis , & Episcopis
 „Nationis Maronitarum , tam singula-
 „tim , quam una in simul convenienti-
 „bus , sive Apostolicis Operariis , qui
 „ab eadem Congregatione ad quascum-
 „que Orbis Terrarum partes mittuntur ,
 „quavis auctoritate , etiam per hanc
 „Sanctam Sedem concessa , nisi expres-
 „sa quoad Synodum huiusmodi a no-
 „bis , & Successoribus nostris Romanis
 „Pontificibus data fuerit facultas ,
 „scilicet , vel ignoranter contigerit at-
 „tenta-

B b 4

Sæc. XVIII. „tentari. Non obstantibus præmissis
 A. C. 1736. „omnibus, & Apostolicis, ac in Uni-
 „versalibus, Provincialibusque, & Syn-
 „nodalibus Conciliis editis generalibus,
 „vel specialibus constitutionibus, & ordi-
 „nationibus, cæterisque contrariis
 „quibuscumque.

„Cæterum quidquid quoad omnia,
 „& singula dubia antedicta, aliaque
 „quæcumque pro totius Nationis Ma-
 „gionitarum splendore, utilitate, pace,
 „ac concordia proficuum, ac salutare
 „fore noverimus, per alias nostras in
 „simili forma Brevis Literas cumulate
 „declarabimus“.

*in Præf. ad
 tom. 5. Ka-
 lend. Eccl.
 univers.*

Præterea, idem Pontifex, ut me-
 morat ipsemet Affemianus nonnulla
 dubia, quæ idem Patriarcha circa
 Canones in hac Synodo promulgatos
 tam quoad omnimodam Monialium
 Monachis separationem, quam quoad
 Sacrorum Oleorum distributionem, at-
 que uniuscujusque Ecclesiæ Antistitis
 firmam inordinationem, & Episcopa-
 tum ad certum numerum juxta solium
 ab ipso Patriarcha, Archiepiscopis &
 Episcopis subscriptum reductionem,
 anno 1742. die decima quarta Februa-
 rij Constitutione Apostolica, præter se-
 dium ac Diocesum Episcopatum nu-
 merum decidit, & Canonem, quo om-
 nimoda Monialium separatio præscri-
 bebatur,

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

bebatur, probandum esse edixit: de-
mum quoad S. Oleorum distributionem
præcepit, ut eædem pecuniarum obla-
tiones, quæ, cum S. Olea a Patriar-
cha distribuereentur, eidem ad susten-
tanda Patriarchalis officii onera exhi-
beri consueverant, nomine subsidii
charitativi ad omnem propellendam
simoniæ suspicionem deinceps Patriar-
chæ traderentur, hacque ratione Pon-
tifex æquis hujus Patriarchæ postulatis
benignissime prospexit. Et tamen,
quod mirum est, nec Synodi Patres,
nec Clemens XII. nec Benedictus XIV.
ambo illuminatissimi Pontifices, nihil
omnino in Maronitis reperere, quod
plenæ cum Ecclesia Catholica unioni
contrarium esset. Hæc ergo publicæ
fidei monumenta evolvere, non pigeat
A catholicos, si deinceps de Maronita-
rum Religione &c. Historiam concinna-
re moliuntur, ne tam foedis hallucina-
tionibus sese omnium ludibrio expo-
nant.

§. LXXV.

*Principes atque Illustres hoc anno
denati.*

Fuit hic annus plurium Principum,
Præsulumque obitu memorabilis;
B b 5 præ-

Sæc. XVIII. præprimis enim Franciscus Ludovicus
 A. C. 1736. Schenk, Comes de Castell. S. R. I.
 Princeps & Episcopus Eichstadiensis die
 decima septima Septembris anno æta-
 tis sexagesimo sexto decessit non sine
 maximo mærore pauperum, quorum
 liberalissimus erat Pater: unde maxima
 sui existimatione, apud omnes relicta,
 quæ viget hodie quoque, ejus me-
 moria cum magno de virtutibus
 ejus sensu ac præconio adhucdum
 celebratur. Successit eidem Joannes
 Antonius ex Baronum Freibergiorum
 familia, ad cujus electionem Impera-
 tor Comitem Coloredum ablegabat.
 Hujus obitum Mense Octobri præces-
 serat Theophanes Novagardienfis Ar-
 chiepiscopus, qui olim magnæ Syno-
 do præfuit.

Ineunte autem hoc anno Alexan-
 der Horain Samogitiæ in Polonia Epi-
 scopus ac Regni Senator Regiomont
 anno ætatis suæ octogesimo quarto vi-
 vis ereptus est. Hic pariter Stanislaus
 partibus longe addictissimus querulas
 ad Papam dedit literas adversus Pol-
 naniensem Episcopum, eoquod hic
 Confessariis, qui Augusto faventes
 juramento in favorem Stanislaus præsti-
 to liberare renuebant, per Pastoralem
 instructionem rescripsisset, neminem
 prop-

propter hoc juramentum ab absoluteione Sæc. XVIII.
 esse arcendum. Sub idem ferme tem- A.C. 1736.
 pus Parrettius Panormitanus Archi-
 præful obiit, postquam anno priori Ca-
 rolo utriusque Siciliæ Regi Regium
 diadema imposuerat. Successorem ha-
 buit Rossium Episcopum Melphitanum.

Die autem decima sexta Aprilis Ro-
 mæ mortalitatem exiit Justus Fonta-
 nini Ancyranus Archiepiscopus, & ho-
 norarius Papæ Cubicularius, Præful
 suo ævo longe doctissimus, qui erudi-
 tionis suæ famam auxerat solidissimis
 suis deductionibus juris Pontificii in
 Comaclensem & Ferrariensem Ducatus.
 Celebres quoque sunt ejus antiquitates
 Hortæ, tractatus de eloquentia Italiana,
 dissertatio de corona ferrea Longobar-
 dorum, vindiciæ diplomatum, Goy-
 næus de situ Istriæ, Sancta Columba
 Aquilejensis, Discus argenteus votivus
 veterum Christianorum, disquisitio de
 corpore S. Augustini Ticini reperto,
 Catalogus Bibliothecæ Cardinalis Im-
 periali, Athates Iliacus, Codex Con-
 stitutionum in Canonisatione Romano-
 rum Pontificum, Dissertatio de S. Pe-
 tro Urseola, præter plura alia. Insu-
 per idem Author eruditum opus Comi-
 tis Marsilii de *Danubio flumine* latine
 reddidit.

Por-

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

Porro diem quartam Novembri
vitæ suæ postremam habuit Michael
Celsus Royerius de Buffy - Rabutin Lu-
conensis Episcopus annos natus sexa-
ginta, cujus mortem Mense Julio præ-
cesserat Honoratus de Quiqueran de
Bœnujeu Castriensis Episcopus, & die
decima septima Aprilis anno ætatis oc-
togesimo primo obiit Franciscus de
Hauffoneville de Nettencourt. Vaube-
court Montalbanus Episcopus, qui
Constitutionis *Unigenitus* accerrimus
vindex solitariæ vitæ percipiens
anno hujus sæculi vigesimo nono ultro
Episcopalem Insulam dimisit: Eodem
ferme tempore æternitatis iter ingressi
sunt Cyprianus Gabriel Bernardus de
Razai Engolismensis Episcopus Sorbo-
næ Doctor & Gratia Dei Abbas. nec
non Cæsar Joannes Rousseau Nema-
sensis Antistes & S. Ægidii Abbas
Præterea die trigesima Decembris factus
functus est P. Don Claudius du Pré
Congregationis Benedictinæ S. Mauri
dignissimus Præpositus Generalis annos
natus septuaginta quatuor. Denique
Mense Junio Franciscus D'Andigé
Aquæ Augustæ Episcopus Fontenelles
Abbas vivis valedixit.

Præter hosce Præfules ex Principi-
bus non pauci hoc anno vivere desin-
erunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

erunt, inter hos æterna memoria dignus est Eugenius Franciscus Sabaudia Princeps, supremus Imperatoris & Imperii Locumtenens, Consilii bellici Præses, Belgii Governator, Vicarius Italiae. Hic ad Christianæ Reipublicæ defensionem natus est anno supra millesimum sexcentesimo sexagesimo tertio die decima octava Octobris ex Eugenio Mauritio Comite Sueffionensi, cuius Avus erat Carolus Emanuel Dux Sabaudia. Hic in Galliis enutritus, cum ex suis Fratribus natu minimus esset, Sacræ militiæ destinatus erat, ipse vero mutata sententia Regiis prætoriæ cohortis militibus adscribi voluit, fortuna tamen honorationibus progressibus adversante, ipsoque Ludovico XIV. eidem minus favente viginti annorum juvenis Viennam ad Cæsaris aulam contendit, ubi voluntarius miles Cæsareum exercitum imperante Lotharingæ Duce expeditioni bellicæ contra Turcas in Hungaria interfuit, atque in solvenda Viennensis Urbis obsidione cum gregario milite spes, incommoda, & pericula partitus est. Tam præclara ibi stupendæ fortitudinis specimina edebat Eugenias, ut equestris legionis, quæ olim Kuffsteiniana dicebatur, supremus Dux a Leopoldo Cæsare nominari mereretur. Hæc munifica pro-

meri-

Sæc. XVIII meritis liberalitas tam ingens erat ce-
A. C. 1736. stioris sui animi incitamentum, ut in
 obsidione Budensi non tam Ducis
 quam militis gregarii officium exple-
 ret, ipse nulla sanguinis parsimonia
 Turcarum fossas & aggeres inter vol-
 tantes grandioris plumbi globos lustra-
 ret, & ne quidem in brachio graviter
 vulneratus suorum animos adversus ho-
 stem confirmare omitteret, propterea
 ab utroque Principe Badensi Ludovico
 & Hermanno necnon ab Electore
 Bavaro, omnibusque supremis belli
 Ducibus apud Imperatorem summis
 præconiis commendatus. Pari virtutis
 laude cum sua legione Neosolii, Stri-
 gonii, & Albæ Græcæ in Hungaria con-
 tra Turcas & in Italia contra Gallos di-
 micabat, non uno vulnere obfirmatum
 ad vincendum virtutem attestante. Non-
 dum trigessimus ætatis annus exple-
 verat, cum jamjam meritorum suffra-
 gio supremus copiarum Præfectus no-
 minaretur. Nova hæc dignitas Hero-
 nostro amplissimum victoriarum cam-
 pum aperuit, ac primo quidem anno
 1697. ad Zentam in Hungaria insigni-
 de Turcis triumphum reportavit, ce-
 sis hostium viginti millibus, totidem
 faucis, quamplurimis Tibico flumine
 haustis, captisque potissimis. Anno
 hujus sæculi primo in Italia Cremonam
 inter

intercepit, captoque Villaregio Fran-
 ciæ Marefcallo, Gallos Luccaræ de-
 vicit, cæsis captisque sex millibus.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1736.

Tertio post anno Gallo-Bavaros ad
 Höchstadium, & biennio post ad Tau-
 rinum in Italia profligavit: continuato
 demum victoriarum cursu Gallos in
 Belgio, & septendecim præliis Turcas
 in Panonia ingenti clade protrivit. Tot
 victoriis clarus, confecta pace Vien-
 nam rediit, ubi secretis belli consi-
 liis ad seram usque noctem indefessa
 assiduitate interfuit, ineunte vero hoc
 anno ob virium debilitatem in gravem
 incidit morbum, quo tamen medica-
 mentis depulso, consueta sedulitate ad
 publica negotia rursus incubuit. Por-
 ro diei vigesimæ Aprilis, quæ postre-
 ma erat vitæ suæ, matutino tempore
 consultationem, cui interfuit, his ver-
 bis abruptit: *Hodie laboratum satis, ce-
 tera differamus ad crastinum, si vita super-
 ses ero.* His dictis domum reversus,
 duodecim Nobiles Viros: prandio excep-
 pit, ipseque pro more suo adventan-
 tes, & abeuntes humanissime comita-
 tus est, vespere autem cum Comitissa
 Bathiany, Comite de Windisgrätz,
 Comite de Tesin Sueciæ, & Comite
 de Taroucco Lusitanæ Oratoribus aliis-
 que Nobilibus chartarum lusui indulfit,
 usque ad horam noctis nonam, qua
 eve-

Sæc. XVIII
A. C. 1736.

evoluta consuetudine sua citius lecto sese commendavit, vix autem exacto unius horæ spatio rursus strato profluens, persolutis precibus coram Carolo VI. Imperatoris, velut eidem valedicturus, effigiem aliquamdiu defixis oculis subsistit, demum vero lectulum repetiit, primario suo Cubiculario demandans, ut alterius diei hora nona illum excitaret. Cum autem famulus, qui in anteriore cubiculo excubabat, Principem tota nocte (quod insolitum quid erat) nec unquam tussire audisset, ea de re Cubicularium monuit, qui tacito pede ad lectum prorepens, Principem suum extinctum reperit. Ita Eugenium rebus gloriosissime gestis toto Orbe clarissimum Heroem furtiva mors in lecto intercepti, cui toties Mars in castris pepercit, postquam vitæ suæ annos usque ad septuagesimum tertium protraxerat.

Erat castitatis studiosissimus, semperque celibem vitam egit, cumque nullas testamenti tabulas conscripsisset successit hæres ab intestato Ludovico de Carignan, defuncti Neptis: Relinquerat in parata pecunia nonnisi sexcentos circiter aureos, quod non mireris, siquidem ad nuperi belli expensas ingentem auri vim suppeditavit, ac in super

super in ædificia, hortos, rariores libros, Sæc. XVIII.
ros, picturas, imagines ævi incisas, A. C. 1736.
aliaque naturæ artisque prodigia im-
menfos pene thesauros profudit.

Alterum hujus ævi Heroem Cæsareo exercitui infida mors subduxit Philippum ex Domo Hasso - Darmstadiensis Landgravium, qui, licet in Lutheranæ secta a Matre sua sollicitè, probeque institutus esset, vigesimo secundo tamen vitæ an. Catholicæ Religionis sacra edoctus, Lutherum Bruxellis abjecit, ac Cæsareæ militiæ adscriptus in Hungaria, Flandria, atque ad Rhenum se Virum animi magnitudine reique militaris præstantia inclytum omni data occasione exhibuit. Eapropter supremus vigiliarum Magister, Friburgensis præsidii Gubernator, Generalis castrorum Præfectus, & demum Senatus Gubernator a Cæsare dictus est. Anno autem hujus sæculi trigesimo quarto Viennam ab Imperatore accitus non sine maximo animi jubilo festivè interfuit solemnitati, qua ejus Filius natu major Josephus in Felwariensem Præpositum inaugurabatur. Demum vero dignissimus hic Princeps die undecima Augusti anno ætatis sexagesimo quinto immortalibus (ut spes est) Principibus insertus est ac majoribus

Hist. Eccles. Tom. LXXV. C c suis

Sæc. XVIII. suis hoc ipso felicior, quod in Religio-
 A. C. 1736. nis selectu sapientior.

Pariter in Etallensi Bavarizæ mona-
 stero, persici avidius deglutiti nucleo
 suffocatus decessit decimo octavo æta-
 tis anno Maximilianus Emmanuel ulti-
 mus Wartenbergicæ familiæ furculus.
 Descenderat ea Domus ex Ferdinando
 Guilielmi V. Bavarizæ Ducis Fratre,
 legitimo quidem, impare tamen thoro:
 quocirca extincta hac linea ejus bona
 ad Electoralem Bavarizæ Domum re-
 diere: Die autem vigesima nona Martii
 viginti annorum Princeps præmatura
 morte ereptus est Carolus 2do genitus
 Joannis V. Lusitani Regis Filius. Porro
 Mensem Januar. vitæ suæ exitiosum ha-
 buere I. Franciscus Armandus de Gombault
 Dux de Biron Par Franciæ, qui
 ex variolis die vigesima octava obiit II.
 Laurentius Centurione, qui iterato in
 Genuensis Reipublicæ Ducem electus
 annos natus nonaginta duos die deci-
 ma septima ejusdem Mensis vitæ finem
 fecit. Successorem habuit Nicolaum
 Cattaneum die quinta Februarii ele-
 ctum III. Vincentius Gradenigo Vene-
 tus S. Marci Procurator IV. Clemens
 Doria Genuensis Consul V. Pignatellus
 Princeps de Monte Rotundo: die autem
 vigesima octava Aprilis annos nata
 sexaginta tres vivere desiit Ludovica
 Elisa-

Elisabetha Saxonico - Merseburgensis Sæc. XVIII.
 Ducissa. Hos Mense Majo ad æterni- A. C. 1736.
 tatis viam sequebatur Ludovicus Au-
 gustus Borbonius Maini Dux Ludovi-
 ci XIV. Galliæ Regis Filius spurius ex
 Francisca de Rochechouart susceptus,
 qui die decima quarta dicti Mensis an-
 nos natus sexaginta sex mortalitatem
 exiit. Die vero vigesima octava Junii
 vitæ suæ dies nonnisi viginti quatuor
 annos natus clausit Christianus saxo-
 Weisensfeldensis Dux, & septima ejus-
 dem Mensis septuagenaria Maria An-
 gelica de Montmorancia Luxenburgi
 Princeps de Neuchatel. Obiit quoque
 Mense Julio nonnisi triginta septem an-
 nos nata Francisca Josepha Regia Prin-
 cept unica Joannis V. Lusitanæ Re-
 gis Soror, & decima tertia Augusti Ca-
 rolus Augustus Saxo - Vinariensis Prin-
 cept, præter Ludovicam Dianam Bo-
 urboniam Principem de Conte Philip-
 pi II. Aurelianensis Ducis Filiam, quæ
 die vigesima sexta Septembris nonnisi
 viginti annorum Princeps decessit illam
 ferali necessitate sequebantur Joannes
 Dux de Granada, & hæreditarius Prin-
 cept de Lamberg, hic die vigesima
 septima trimulus, ille nona Septem-
 bris die septuaginta duos annos natus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736

Insuper die secunda Novembri
fato functus est Ludovicus Antonius de
Pardallain Sondrin Dux de Antio-
Par Franciæ & Marchio de Montepan
postquam septuagesimum primum æta-
tis suæ annum expleverat. Denique
die vigesima octava Martii Joannes
Reinhardus Comes Hanoviæ ultimus
hujus familiæ vivis valedixit, nulla re-
lictâ prole mascula: quapropter vi-
cti successorii cum Electorali Saxonica
Domo erecti successio in Domum Hasso-
Casselanam quoad Præfecturam Miu-
zenbergensem & annexa devoluta est,
cumque Fridericus Sueciæ Rex Guili-
elmi Hasso-Casselani Landgravii frater
natus major die decima tertia Aprilis
anni prioris suo jure in præfati Land-
gravii favorem cessisset, hinc annuente
ipso Cæsare Guilielmus renuntiatus est
Successor. Obstitit tamen Ludovicus
Darmstadius Princeps, qui, cum Ca-
rolinam Christinam unicam defuncti
Comitis Filiam habuerit conjugem
pluresque liberos ex ea suscepit. hinc
partem amplissimi Comitatus præter-
dit, ac præ ceteris Præfecturas Miu-
zenbergam & Bolenhusium cum bonis
mobilibus: Hæc tamen controversia ab
Consilio Aulico-Cæsareo Viennæ
delata est.

Hic

Hoc item anno die vigesima tertia Sæc. XVIII.
 Junii Achmetes III. solio dejectus & A. C. 1736.
 integris ferme sex annis in carcere Tur-
 carum Imperator contabescens, demum
 apoplexia tactus, vitæ ac calamitati-
 bus suis finem imposuit anno ætatis suæ
 sexagesimo sexto. Successerat eidem
 Mahumeth V. defuncti ex Fratre Ne-
 pos, & Mustaphæ Sultani Filius.

§. LXXVI.

*Scriptorum Religione Catholicorum
 opera & decessus.*

Hic pariter annus non paucis Erudi-
 tis Religione Catholicis erat fune-
 stus, ac vitæ suæ postremus; hos inter
 primus occurrit Laurentius Josse Le
 Clerc. S. Theologiæ Professor Tutellen-
 sis, & Seminarii Lugdunensis S. Sul-
 pitii Director, qui in controversia Gal-
 lica circa gratiam neutri parti adhæsit,
 sed sibimetipsi systema Thomassinio haud
 absimile fabricavit; decessit porro Lug-
 duni die sexta Maij: Edidit aenotatio-
 nes in varios articulos Dictionarii Mo-
 reryani, Dissertationem circa Autho-
 rem Symboli *Quicumque* Bibliothecam
 Richeleti, seu synopsis vitæ Auctorum
 in ejus Dictionario allegatorum præter
 plura alia, inter quæ ceteris palmam
 C c 3 eri-

Sæc. XVIII. eripiunt criticæ ejusdem literæ in Bay-
A. C. 1736. lium, Hagæ Comitum anno 1732. edi-
 tæ, in quibus clare demonstrat gravif-
 simos errores & falsitates, quibus
 Baylius in enarrandis factis Historicis
 suum opus fæde commaculavit. Scrip-
 sit quoque Historiam Pontificum, chro-
 nologiam Franciæ Regum primæ stir-
 pis, tractatum de Plagio, quæ tamen
 opera nondum publicam lucem aspe-
 xere II. Joannes Petrus Gibert utriusque
 Juris Doctor. Vir eruditione ac pieta-
 te insignis, qui die secunda Decembris
 apoplexia tactus Parisiis obiit. Scrip-
 sit tractatum de Christiani officiis in
 Psalmo centesimo decimo octavo com-
 prehensis, casus practicos de Sacra-
 mentis, de doctrina in corpore juris
 inclusa, disquisitionem circa requisitum
 ad filiorum matrimonia Parentum con-
 sensum, commentaria in S. Scriptu-
 ram, Theologiam Scholasticam, & Hi-
 storiam Ecclesiasticam, institutiones
 Ecclesiasticas beneficiales ex principiis
 juris communis & praxis Gallicæ,
 dissertationem de auctoritate Sacer-
 dotum secundi Ordinis in Synodo Die-
 cesana; praxin Ecclesiæ Gallicanæ,
 consultationes Canonicas de Sacra-
 mentis, traditionem seu Historiam Ec-
 clesiæ circa Sacramentum matrimonii
 expositionem juris Canonici per regu-
 las

las naturali ordine digestas, & corpus Sæc. XVIII.
 juris Canonici naturali ordine digestum A. C. 1736.
 usuque temperatum. III. Antonius
 Vincentius Thuillierius ex Congrega-
 tione S. Mauri Benedictinus, Vir in-
 genio acerrimus, & labore indefes-
 sus, qui præter Polybii Historiam Gal-
 lice redditam, scripsit Historiam Con-
 stitutionis *Unigenitus*, Mabillonii &
 Ruinartii opera posthuma vulgavit, &
 Usuardi Martyrologium nova editione
 illustravit, necnon octo libros Origenis
 contra Celsum in latinum idioma trans-
 tulit. Edidit quoque Historiam con-
 certationis de Auctore libelli de imita-
 tione Christi, necnon Historiam de
 controversia circa studia Monastica
 contra Abbatem de la Trappe, quam
 tamen Gervasius Trapensis Abbas con-
 futavit, *edita apologia pro defuncto Abba-
 te de la Trappe contra calumnias & infec-
 tationes D. Vincentii Thuillier.* Porro vi-
 vis ereptus est celeberrimus hic Vir
 die duodecima Januarij. IV. Martia-
 lis a S. Joanne Baptista Carmelita Ex-
 calceatus posteris reliquit Bibliotheca-
 m Scriptorum utriusque Congrega-
 tionis Carmelitarum Discalceatorum
 præter alia nonnulla. V. Franciscus
 Salmonius Sorbonæ Doctor & ejusdem
 Bibliothecarius, qui elucubravat trac-
 tatum *de studio Conciliorum, & eorum*

Sæc. XVIII. *collectionibus unacum Catalogo præcipue-
 A. C. 1736. rum Auctorum de iis tractantium, necnon
 de dilucidationibus in libros de hoc argu-
 mento agentes & de seligendis eorum edi-
 tionibus.* Hoc opus sæpius ob sui utili-
 tatem ac præstantiam recusum præci-
 pue commendat Jacobus Fridericus
 Reimmann, his verbis: „Primus est
 „Auctor, qui nobis dedit introductionem
 „criticam in lectionem conciliorum, &
 „de eorum utilitate, collectionum va-
 „rietate, & legendi juxta, ac dex-
 „tre usurpandi ratione ita disseruit, ut
 „appareat, eum præstantem esse histo-
 „ricum, dilucidum oratorem, & ope-
 „ra non ignava criticum, præfidiis
 „omnibus, ad hanc telam pertexen-
 „dam necessariis, abunde instructum;
 „fide etiam & sinceritate ea ornatum,
 „ut in testium veritatis catalogum ab-
 „scisci ejus nomen queat. Unde & si
 „quid eidem accidit humanitus non
 „nunquam, eo facilius condonari potest.
 „Quale est v. g. quod illustre proble-
 „ma cui competat jus convocandi con-
 „cilium? ne extremis quidem digitis
 „contrectavit. Et concilium Tridenti-
 „num omnibus aliis anteferendum exi-
 „stimavit, & judicia de collectionibus
 „conciliorum sæpius ex aliis exscriptis
 „suppressis eorum nominibus“.

Concinnabat idem Auctor pariter Sæc. XVIII.
 Bibliothecam alphabeticam instrumen- A. C. 1736.
 torum Ecclesiasticorum, & supplemen-
 tum collectionis Conciliorum Labbea-
 næ, quod tamen opus postremum mor-
 te præventus, absolvere non potuit.
 Prælo quoque parabat vastissimum
 opus, vocatis in laboris societatem
 aliis quinque Sorbonæ Doctoribus: In-
 scripserat illud *Indicem Generalem* seu
 Bibliothecam Alphabeticam, in qua
 omnia acta, vitæ, chronica, historiæ,
 libri, tractatus, Bullæ, Constitutio-
 nes, decreta, dissertationes, epistolæ,
 diplomata, chartæ, fædera, liturgiæ,
 sermones, homiliæ &c. unacum nomi-
 nibus eorum, qui eorum Auctores
 erant, alphabetico ordine recenserentur.
 Eo fine Conspectum hujus libri
 prævie vulgavit: Cum autem in suis,
 quas ad Illustrissimum Maffeiium hi Do-
 ctiores dederunt literis Mabillonium,
 Montfauconium, Marrthenium, alios-
 que Congregationis San - Maurianæ
 doctissimos Viros errorum bene multo-
 rum perperam insimularent, hi, ne
 quis modestiam in reatus confessionem
 duceret, sui. suorumque vindicias edi-
 derunt, easque eodem adhuc anno uni-
 versæ Sorbonæ inscriptas publici juris
 fecerunt. Enimvero ceteris om-
 nibus

Sæc. XVIII. nibus Sorbonæ Doctoribus plurimum
A. C. 1736. displicuit, quod Salmonius indigna

*Vid. Hist. ve
lit. Bened.
Part. II. p.
504.*

ejusmodi opera nomini suo labem in-
urere non dubitarit: eapropter post
ipsius obitum ille, qui Salmonio in
Bibliothecæ Præfectura successerat,
clarissimum D. Montsauconium adiit,
eoque, quo erat animi candore ei declara-
ravit, se suosque Sodales ferme cur-
ctos hanc a Salmonio susceptam con-
tentionem ægris oculis conspexisse. Po-
stea Jacobus Martinus ejusdem Con-
gregationis Monachus longe doctissi-
mus, præfatum Bibliothecæ conspec-
tum a quinque Sorbonæ Doctoribus
editum critico examini subiecit, in eo-
que, quantum ipse solus præ quinque
illis Sorbonæ Censoribus artis criticae,
ac rei literariæ peritia præstaret, adeo
manifestum fecit, ut plane Adversarii
apud omnes omnium Ordinum homi-
nes damnati, deinceps nullatenus ob-
gannire vel mutire ausi fuerint, eosque
susceptæ hujus operæ pœnitere possent
& debeat.

Ceterum idem Salmonius paratum
quoque habebat *Historiam de præcipuis
Europæ Bibliothecis*. Hæc tamen opera
publicam lucem non aspexere, siquid-
dem Auctori Mense Septembri repente

na mors calamum excussit. VI. Ma- Sæc. XVIII.
 nuel Tellez de Sylva Comes de Ale- A. C. 1736.
 grette, qui posteris reliquit præter col-
 lectionem Latinorum carminum Histo-
 riam de rebus gestis Joannis II. Lusita-
 nis Regis, Regiæ Academiæ Histori-
 cæ Lusitanæ Historiam, & collectio-
 nem documentorum, statutorum, &
 relationum præfatæ Academiæ; vivis
 valedixit Ulyssipone die octava Februa-
 rii annos natus quinquaginta quatuor
 VII. Michael Godeau Parochus ad S.
 Cosmam, & Universitatis Parisinæ
 Rector, qui octogenarius decessit, post-
 quam Boileau Poetæ Carmina latinis
 versibus expresserat, & opera S. Chry-
 sostomi, necnon Bartholomæi de Mar-
 tyribus Gallice reddiderat.

§. LXXVII.

*Scriptores A catholici hoc anno de-
 fundi, eorumque lucubrationes.*

Hoc item anno plures Scriptores
 A catholici vivis sublatis, relictis
 lucubrationibus celebre sibi nomen fe-
 cere; hos inter primus est Sebastianus
 Edzardi, Vir quidem eruditus, adeo
 tamen contentiosus & mordax, ut in-
 ter

Sæc. XVIII. ter altercationes senesceret, & ex illis
A. C. 1736. quos suis convitiis lacefferat, ægre
 inveniret, qui eum responso dignaretur: Impetebat quoque Hallensem
 Universitatem, quam *Tartaream* vocabat, Lutheranos æque ac Calvinistas
 tanta rabie infectabatur, ut ex illis quinque utpote de Blasphemia infamati,
 per sententiam Inquisitionis Calvinianæ (*) Berolini anno 1705. car-
 nificis manu vivi fuerint combusti: Hujus equidem Auctoris intemperiam
 coercere nitebantur Ratisbouenses Protestantium Legati, edita contra ejus
 calumnias severo admodum decreto, quod tamen Edzardius confutabat *sparsa*
in vulgus apologia contra calumnias Calvinianorum Theologorum. Tandem
 die decima Junii Hamburgi decessit. Scripsit defensionem exorcismi, tractatum
 de fundamentali dissensu inter Ecclesiam Evangelicam & Anglicanam, de
 termino gratiæ, de causis unionis Calvinistis quæsitæ, Manichæismum
 Calvinianorum commonstratum, Pelagianismum Calvinianorum demonstratum,
 admonitionem de ceremoniis in

(*) Ita nempe Ecclesia Calviniana Christi mansuetudinem abhorret a sanguine non autem a flamma.

Calvinianorum gratiam nequaquam Sæc. XVIII.
 mutandis, dissertationem, an Penta- A.C. 1736.
 teuchus a Samaritano Sacerdote sit
 conscriptus, Examen rationum, ob
 quas Calvinistæ B. Lutheranam quam-
 dam Ecclesiam aucupari nituntur, Sa-
 tisfactionem Christi a cavillationibus
 Socinizantis Fanatici vindicatam, Cæ-
 nam Domini a corruptelis Speneri vin-
 dicatam, & alia quamplurima II. Jo-
 annes Lackemacher, qui prælo subje-
 cit antiquitates Græcorum sacras, di-
 sputationes de Alkendi Arabum Philo-
 sopho, de ritibus quibusdam bacchicis
 a Græcis ad Judæos derivatis, de Gad
 & Meni sive Hecate & Mana a Judæis
 culto, momenta quædam insigniora
 ex Historia Judæ Iscariotæ, de Helo-
 tibus Græcorum servis, de ritibus &
 formulis precum Pharisei & Publicani
 & nonnulla alia. III. Philippus Ger-
 der, qui edidit dissertationes de Ger-
 manicæ in sex circulos divisionis primæ-
 væ origine, de pœna adulterii ex jure
 Divino & humano, de pœnis hæretico-
 rum, de pœnis usurariæ pravitatis,
 &c. IV. Christianus Weise, qui scripsit
 disputationes de spuriis in Ecclesia &
 re literaria, de factis eruditorum in
 Aula, de mnemonico spiritus S. officio,
 de affectu amoris Christi, consensum
 Au-

Sæc. XVIII, Augustini & Lutheri, disquisitionem
A. C. 1736. doctrinæ de termino temporis gratiæ
 & alia potissimum exegetica. V. Fri-
 dericus Rothscholz, qui elucubravit
 suam Scholam mortis pro veris Chri-
 stianis, icones eruditorum academiæ
 Altorfianæ, icones Consiliariorum No-
 rimbergensium, icones omnium Ordi-
 num eruditione optime meritorum &c.
 VI. Joannes Christophorus Coler, qui
 inter alia vulgavit Historiam Duræa-
 nam, vitam Bohuslai Haffensteini,
 Historiam Gothfredi Arnoldi, analecta
 ad Struvii introductionem in rem lite-
 rariam, acta Historico - Ecclesiastica,
 disputationes de Ephrem Syro & Joanne
 Damasceno, de pyrrhonismo in
 Historia Ecclesiastica &c. VIII. Stephe-
 nus Vitus fervidus æque ac pertinax
 supralapsarius, e cujus calamo profuit
 apologia Synodi Dodracenæ & refo-
 matæ fidei, necnon vindiciæ hujus
 apologiæ, præter Synopsin Historiæ
 universalis ab orbe condito usque ad
 sæculum XVIII. post Christum natum
 IX. Joannes Clericus de Socinianis er-
 roribus valde suspectus. Edidit episto-
 las Theologicas sub nomine Liberti de
 Amore, crisi in Historiam Variliani
 Bibliothecam Historicam universalem
 die decima septima Maij anno 1734
 pro-

proscriptam, colloquia circa varia argu- Sæc. XVIII.
 menta Theologica, Epistolam ad Ori- A. C. 1736.
 genem Adarantinum, id est Simonium
 defensionem criticæ artis, vitam Cardi-
 nalis Richelii, artem criticam, cujus
 tamen volumina tria iam anno 1703.
 die duodecima Martii ad Indicem lib-
 rorum prohibitorum rejecta fuere:
 Præterea Clericus imprimi fecit, com-
 pendium Historiæ universalis ad tem-
 pora Caroli M. Novum Testamentum
 cum notis, Epistolas criticas & Ec-
 clesiasticas, Bibliothecam selectam, &
 alia non pauca.

§. LXXVIII.

*Varii libri & Scripta a S. Congre-
 gatione Romana Indicis pro-
 scripta.*

Cum indies exitiosa pravorum libro-
 rum seges ac zizania copiosius
 crescerent, indeque fidei integritas,
 morum pietas, & Christiana charitas
 gravissime læderetur, hinc summus
 Pontifex continuato Zelo ac vigilan-
 tia prospexit, ut perniciosi ejusmodi
 foetus fidelium manibus eriperentur,
 inu-

Sæc. XVIII. inustoque proscriptionis stygmate in-
 A. C. 1736. famas atque abominandi redderentur.
 Spurium ejusmodi partum ediderat
 in Galliis quidam Jansenista sub titu-
 lo: *Documenta circa jus secundi Ordinis
 Ecclesiastici unacum traditione, ex qua
 præfati Ordinis jura comprobantur.* No-
 tebatur Auctor demonstrare, quod
 simplex Sacerdos æque ac Archiepi-
 scopus vel Episcopus in rebus fidei
 judicandi potestatem habeat, nec Ep-
 iscopus sine sui Cleri assensu judicium
 ferre possit: Falsam porro hanc doctri-
 nam & librum S. Congregatio jam an-
 no hujus sæculi trigesimo tertio die vi-
 gesima sexta Augusti damnavit, hæc
 autem anno Catholicus quidam Scrip-
 tor adulterinum hoc dogma egregie
 confutavit, edito libro, quem inscrip-
 sit: *Documenta Historico-dogmatica circa
 Judices fidei,* in quo Scriptor comproba-
 tum reddidit, quod Episcopi ab ipso
 met Christo in rebus fidei judicandi po-
 testatem acceperint, nec eam a Clero
 sui assensu expectare teneantur. Inho-
 nor ex eadem Quesnelistarum & fanati-
 corum Parisiensium officina prodierat
 infamis quidam libellus ita inscriptus:
*Libellus supplex Parlamento a viginti tri-
 bus Parisinæ Urbis, Suburbiorum, viciniorum
 rumque locorum Parochis oblatus contra*

Pastoralem Instructionem Langueti Seno- Sæc. XVIII.
nensis Archiepiscopi anno 1734. impressæ A. C. 1736.
occasione miraculorum per merita Domini

Parisi patratorem. Ast hunc delirantis
 ingenii foetum S. Congregatio die vige-
 sima Junii per speciale decretum cen-
 soris severitatis nota perstrinxit, die
 autem decima septima Maij damnavit
 sequentes Christophori Cellarii libros:
 Programata varii argumenti, oratio-
 nes in illustriori confesso recitatas,
 Historiam universalem breviter expo-
 sitam Historiam medii ævi, dissertatio-
 nes Academicas varii argumenti, &
 Appendicem duarum dissertationum.
 Quorum prima erat de excidio Sodo-
 mæ altera de Pathmo Lutheri adver-
 sus Cardinalem Pallavicinium. Denique
 die vigesima Junii proscripta est vita
 Domini de la Noe. Menard Presbyteri
 Diocesis Nannatensis unacum Historia
 sui cultus & relationibus miracu-
 lorum, quæ ad ejus tumulum
 patrata sunt.

